Mens nr̄a nullo modo ad sup̄na rapit̄ nisi a terrenis separet̄ et gr̄a dei p̄ueniat̄. Terciū signū aduētus gr̄e in mentē est defectuū culpabiliū om̄imoda depuratio. ⁊ notat̄ in leprosoꝝ mundatōe. cum dicit̄ leprosi mundantur i. viuētes inordinata ꝯcupiscētia carnis cōtra rōem. ad quā homo ex carnis corruptōne inclinatus est. De q̄ Gen̄. viij. Sensus em̄ ⁊ cogitatio hūani cordis in malū ꝓna sunt ab adolescētia sua. Hāc malā ꝯcupiscentiaꝫ deprimit gr̄a dei. N De qua Bern̄. Intus in me ꝯgnoui eius p̄ntiā ex fuga viciorū carnaliū q̄ opp̄sserunt affectū. Et illa carnal̄ infectio compat̄ lepre rōe macule et immūdicie. qꝛ maculat corpus ⁊ aīam. i. Cor̄. vi. Om̄e em̄ peccatū qd̄cūq; fecerit hō extra corpus est. q̄ aūt fornicat̄ in corpus suū peccat. De q̄ Innocētius de vilitate hūane ꝯditōis Non solū fedat animā sed etiā p̄sonā. p̄s. lij Abominabiles facti sunt in iniq̄tatib⁹ suis. ita ꝙ de tali immundicia dicit Seneca. Si scirē deos ignoscituros ⁊ hoīes ignoraturos adhuc peccare dedignarer ꝓpter ei⁹ abominationē. sed adueniēte gr̄a mens de talib⁹ cōtagijs depurabit̄. Un̄ bern̄. sup̄ cātica. Gr̄a dei est ignis ardens: omnē rubiginē pctōruꝫ ꝯsumens. ⁊ figurat̄ Mat. viij. Descendens ihūs de monte leprosuꝫ mūdauit. i. immūdū peccatorē carnalē: q̄ mūdatio a nobis non est sed a deo et eius gr̄a. Sap̄. viij. Nō possum esse ꝯtinēs nisi deus det. Aug. Tu iubes cōtinentiā. da qd̄ iubes et iube q̄d vis. qꝛ ē dei donū. De quo aug. de natura īnocētie. Sic̄ sunt duo officia medicine. vicꝫ ut sanet̄ infirmitas et custodiat̄ sanitas. sic duo sunt officia gratie. s. ꝙ aufert carnis cupiditatē ⁊ facit p̄seuerātie virtutē. ideo Greg. Gustato spiritu desipit om̄is caro. Bern̄. Cū in timore dn̄i inflamaris ⁊ in affectu mutaris deuꝫ esse p̄sētē p̄ gratiā ne dubites. Quartū signū p̄ntie diuine gr̄e ꝯgnoscit̄ p̄ v̄bi dei diligētē auditionē. Lu. viij. Beati qui audiunt verbū dei ⁊ custodiunt illud. Et notat̄ ibi. surdi audiūt. Un̄ v̄bum dei audit̄ duplicit̄. Uno mō aure exteriori. Johā. viij. Qui ex deo est v̄bū dei audit. Petrus raueñ. Primordiū sanctitatis est v̄bū v̄itatis. Alio mō aure interiori. p̄s. lxxxiiij. Audiā q̄d loq̄tur ī me deus. s. aure mētis ⁊ spūs. Aug⁹. Aperi aures meas quib⁹ voces tuas audiam. et Gre. sup̄ Ezechielē. ome. i. Deus nō solū req̄rit aures corp̄is sꝫ mentis. De q̄b⁹ ⁊ Apocal. ij. et. iij. Qui habet aurem audiat q̄d spūs dicat. Richardus. Ille habet aures audiēdi q̄ habꝫ intellectū intelligendi ⁊ affectū diligēdi ea que dicunt̄ et ꝓmittunt̄. Haymo ibidem. Auris corp̄is tantū ad audiendū ꝯsistit. sꝫ aur̄ cordis simul intellectū cordis ingerit. et h̄ est ex gratie dei p̄ntia. Gre. Nisi intus sit q̄ doceat inuanū lingua doctoris laborat. Ideo Isa. xxix. Et audient in die illa surdi v̄ba libri huius. s. p̄dicatōis et inspiratōis. Et ideo auditus exterior nō est signū p̄sentie gr̄e dei sine interiori. De quo aug. Profundati in peccatis nullo mō possunt clamore extrīseco excitari nisi ex p̄sentia gratie dei audiāt verbū dei compūcti. sicut factū est Augustino in libro confessionū. Uocasti clamasti rupisti surditatē meā. Et sic illa op̄atio nō est aliud nisi emollitio cordiū ad obedientiam diuine legis ut impleat̄ illud p̄s. xvij. In auditu auris obediuit mihi. Quintū signū p̄sentie diuine ꝯgnoscit̄ p̄ interioris hominis viuificā renouatōem. qd̄ notat̄ in mortuorū suscitatione. cū dicit̄. mortui resurgūt. O Sumus enim s̄m interiorē hominē mortui tripliciter s̄m mortē triplicē anime. Prima mors ē separatio a deo que fit p̄ peccatuꝫ mortale. De qua Ezechielis. xviij. Aīa que peccauerit ipsa morietur. Et August. xiij. de ciuitate. Mors anime est cū eā deserit deus. Secunda mors est ab op̄ibus bonis ociosa vacatio. Jacobi ij. Fides si nō habeat op̄a mortua est. quādo scꝫ homo putat se sola fide saluari posse ⁊ nō curat benefacere. ⁊ hec est mors anime. Gregorius. Uera fides est que hoc qd̄ dicit verbis moribus nō cōtradicit. Tunc enim veraciter fideles sum⁹ si quod v̄bis ꝓmittimus hoc bonis operibus adimplemus. Ille eteniꝫ vere credit. Unusquisq; autē quantum credit tantū sperat. tantum amat. tantū operatur. Isidorus. Multi fide tantum christiani sunt sed op̄e a veritate xp̄iana dissentiūt Aug. de vita xp̄iana. Non solū a xp̄iano q̄ritur ut malo careat. sed ut bono se exerceat. cum etiā si nihil mali fecerit nec boni dicitur homo gehenne. ut patet de seruo inutili ⁊ nō ꝓficiēti. Math. xxv. Inutilē seruum eijcite

in tenebras exteriores. illic erit fletus ⁊ stridor dentiū ⁊c. Tercia mors est mētis ab actu ꝓtemplatōis erūnosa reuocatio. ut qñ mens hois ab actu ꝓtēplatōis reuocata tāto lāguore in seipa ꝓsternit ꝙ poti⁹ optaret mori q̄ gustata lic suauitate diuina ad carnis molestias redire. vñ Bern̄. sup Cāntica. Alia q̄ se mel in ꝓtemplatōe dulcedine diuinā gustat ut nescio an ipam gehennā ad tp⁹ expiretur horribili⁹ ⁊ penali⁹ q̄ ꝑ modico ab illa suspendi. Sed dei gra i mentē veniēs ab hac triplici morte animā resuscitat ad triplicē vitā. Nā a prima morte resuscitat aiam ad vitam gre qua aia deo recōciliat ex vnione dei p gram. ad Gal. ij. Viuo aūt iā nō ego sz vivit in me xp̄us. Heb. ix. Emūdaut ꝙsciētiā nram ab opib⁹ mortuis ad seruiendū deo viuenti. A scōa morte resurget p gram ad vitā actōis meritorie. Gre. in ome. Sic̄ animaz habitare in corpe ꝓbant sensus vitales corpis. sic gram habitare in mēte ꝓbat vita virtuosa et spūalis. Et b̄ petit p̄s. dicēs. Tu autē dñe miserere mei ⁊ resuscita me. A tercia morte resuscitat ad vitā ꝓtemplatōis. Colo. iij. Mortui estis ⁊ vita vra abscōdita ē cum xp̄o in deo. Greg. v. mora. ca. xvi. predictis vbis apli subinfert. Qui morte q̄rit gaudet cū sepulcbrū inuenit. qz q̄ mortificare le appetit valde ad inuentā requiē ꝓtēplatōis bila rescit. ut extinctus mūdo lateat. et cūctis exterioribz rez pturbatōnibz intra sinū se intimi amoris abscōdat. Unde hugo de archa noe. Mortui mūdo facti p occupationē intus viuimus deo p ꝓtemplatōem ⁊ ꝓtpales esse desistimus dū ab oīb⁹ exterioribz occupatōibz mentē suspendim⁹ ⁊ in deo figimus. Crisost. li. ij. de ꝓpūctione. Nisi pri⁹ aia terrena ꝓtēnere didicerit. nō poterit celestia ꝓtēplari. Non tamē ideo refutāda est vita actiua. Nā dicit Isido. ō summo bono. Qui pri⁹ in actiua vita ꝓficit p⁹ ad vitā ꝓtemplatiuā meli⁹ ascendit. Sicut em̄ p ꝓtemplationē amād⁹ ē de⁹ ita p actualē vitā diligēd⁹ est prim⁹. ac per hoc sicut sine vtraq̄ dilectōe salui esse nō possum⁹. sic sine vtraq̄ vita viuere nō debem⁹. Propterea dicit gre. sup ezechielē. omelia xiij. Sicut bon⁹ ordo viuēdi ē si ab actiua i ꝓtēplatiuā tendat. ita plerūq̄ vtiliter anim⁹ a ꝓtēplatiua ad actiuā reflectit. Idē. Sine ꝓtē platiua nāq̄ vita ꝓfit ad celestē patriam intrare q̄ bona q̄ ꝓfit opari nō negligunt. sine actiua vo non ꝓfit q̄ negligūt opari bona que ꝓfit. hec ergo in necessitate est. illa vo in voluntate. hec in futurite. illa in libertate. Cū maria optimā ꝓtem elegit. Martha cura nō ido reꝓhendit. qz marie q̄s laudat. qz magna sūt actiue merita q̄z ꝓtēplatiue potiora. Cū nec auferri marie ꝓs dicit eo q̄ vite actiue opa cū corpe transeunt. ꝓtēplatiue vo gaudia ex fine qualescūt. Cū Jnno. et habet extra de renū. c. nisi cū prudē. Nec putes q̄ ido martha malā ꝓtem elegerit q̄ circa plima satagebat. qz maria optimā ꝓtē elegit que nō auferet ab ea. qm̄ licet illa sit magis secura. ista tñ est magis fructifera. ⁊ licet illa sit magis suauis. hec tñ magis est vtilis. Et subdit. Quāuis simul in vnū ⁊ ꝓtēplatiu⁹ esse valeas et actiuus legislatoris exēplo q̄ nūc ascēdebat i montē. vt ibi gram dñi cū maiori cernerez libertate. nūc vo descēdebat in castra ut cū vtilitate maiori necessitatib⁹ ꝓpli ꝓuideret. Cū Bern̄. in sermone. Bonū acq̄rit q̄ dū q̄ bñ mistrauerit ꝓximo: forte meliorem q̄ vacauerit deo. sz optimū q̄ ꝓfect⁹ fuerit i vtroq̄. Unde ⁊ ipa vgo maria de ꝓtēplatiua se trāstulit ad actiuā. postq̄ sine dubio in magna ꝓtēplatōne ꝓcepto dei vbo exurgēs abiit in mōtana: vt elisabeth mīstraret Luc. i. Et b̄ q̄ dicit Bern̄. in sermōe. Alij vacent sctē ꝓtemplationi. alij dediti sint fraterne admīstratiōi. alij in amaritudine aie sue recolāt annos suos tā q̄ vulnerati dormientes in sepulcbris. Sic plane opus ē ut maria sublimiter ⁊ pie sentiat de deo. martha vo misericorditer ⁊ benigne de ꝓximo suo. Lazarus aūt būiliter ⁊ mistere de seipo. Oēs tñ ⁊ q̄libet ꝓ modulo suo ad hui⁹ vite ꝓtemplatiue ꝓfectōez atq̄ dulcedinē anhelare debemus. qz dicit Bern̄. in libro de amore. Nonnunq̄ domine clausis oculis mibi ad te inbianti immittis i os cordis mei quod non licet mibi scire. Saporem quidem sentio dulcem adeo confortantem q̄ si ꝓficeretur in me nibil vltra quererem. sed eum accipiens nullo corporis vsu. nullo anime sensu. nullo spūs intellectu me permittis aduertere quid sit. et hoc est quod dic̄ Greg. Sepe gratia ꝓtemplantē animuz ita eleuat. ut que circa ipsum sint ignoret. sicut apls. ij.

Corint.xij. Scio hoiem in xpo siue in corpe siue extra corpus nescio raptū hmōi vsq; ad terciū celū. P Sextū signū diuine p̄sentie est pauperū euangelisatio. De q̄ dic̄ textus. paupes euangelisant̄. Bern̄. Paupertas pniciosa est meritoꝝ penuria. Sed p gr̄e dei p̄ntiam homo in magnis opibus se exercitat per que ditat̄ virtutib; ⁊ merita sibi accumulat et saluat̄. Unde Isa.xxix. Paupes homines in sancto israel exultabūt. ⁊ ad Roma.v. Ubi autē abūdauit delictū supabūdauit ⁊ gratia. s. meritoꝝ. p̄s.lxvij. Parasti in dulcedine tua panpi deus. s. diuitias meritorū. Ideo dicit Raban⁹ sup Leuiticū. Gratia est ordinatrix virtutū: forma morū. dulcedo affectionū. cōmunio bonoꝝ. iterp̄tatrix dubioꝝ. excusatrix maloꝝ. doctrix omnium bonoꝝ. Ideo dei gratiā ꝯmēdat bonauētura dicēs. Gratia est dei donū p quod anima efficitur sponsa xp̄i. filia patris eterni. templuz spiritussancti. Ideo potest dici de ea illd̄ Sapientie.vij. Uenerūt autem mihi omnia bona pariter cū illa.

De eadez dominica

Sermo.xxi

Tu es qui venturus es an aliū expectamus. Math.xi. Audistis charissimi signa p̄sentialitatis gratie dei

Q Nunc v̄o videndū est quibus modis visitat deus animā p suā gratiā. Unde deus p gratiam visitat animā sex modis. Primo vt iudex incutiens timorē. Secūdo ut medicus sanās languorē. Tercio ut viator alleuians laborē. Quarto ut magister corrigens errorē. Quinto ut rex ostendens honorē. Sexto ut sponsus inflamās ad amorē. Primo veniet deus in animā ut iudex incutiēs timorem. ⁊ hoc fit in peccatoꝝ ꝯuersione quando audim⁹ vocē dei loquētis illud Isa.xlvi. Redite p̄uaricatores ad cor. Et hoc sic orit̄ cum anime peccatrici p gratiā p̄uenientē deus sic obijcit tanq̄ iustus iudex ostendens strenuā iusticiā suā qui de omni errato peccatorē adducit ad iudiciū. in quo luat om̄ia que fecit: statuens ante eū diē iudicij ⁊ penam inferni. ⁊ omnia q̄ ad timorē possunt inducere. Iste aduētus nō est dulcis sed amarus. est tamen vtilis. qr licet in se de⁹ est dulcissimus. tn̄ ꝓpter indispositā materiā ip̄e dulcis amar⁹ sentit̄. sicut ignis licet in se est lucidus. tn̄ rōe ligni viridis et humidi fumigatōnes generat sic deus p gr̄am generat fumigatōes contritionis. vnde Math.xxi. Cum intrassz ihūs ihrl̄imā ꝯmota est vniuersa ciuitas Sic de⁹ intrans in ciuitatē aīe p gratiā mouet p ꝯtritionē. Et figurat̄. iij Regū.xix. Ecce dn̄s trāsijt: ⁊ spūs grādis et fortis subuertēs mōtes ⁊ ꝯterēs petras. Spiritualiter. sic spūs g̃tie dei veniēs in mentē hoīs subuertit mōtes. i. supbas cogitatōes: ⁊ petras ꝯterit. i. induratos pctōres. De tali aduētu d̄r Exo.xx. Ueniā ad te et benedicā tibi. Et iteꝝ. Ut eniz ꝓbaret vos venit de⁹. ut terror illius esset ī vobis et nō peccaretis. Et tūc verificabit̄ spūaliter qd̄ dicit̄ Isa.x. ⁊ xiiij. Et erit in die illa auferet̄ onus eius. i. penalitas pctī de humero tuo: quantū ad pondus opatōis. et iugum eius peccati seruitus de collo tuo q̄ntū ad decorē intelligentie. i. anime. et cōputrescet iugū a facie olei. i. misericordie. Ueniet inq̄ in die illa pater p charitatē. filius p veritatem spiritussanctus p bonitatē. Per p̄ris charitatē nascit̄ pudor. p filij veritatē timor de pena. p bonitatē spūssancti spes orit̄ ꝯsequendi veniā. que tria. s. timor pudor spes sunt sūme necessaria in corde cuiuslibet penitētis. Hec tria figurant̄ p tria sata farine ex q̄bꝫ ꝯmixtꝫ fit panis subcinericeus. i. panis penitentie. Genes.xviij. Accelera tria sata sil̄e ꝯmisce. ⁊ fac subcinericeos panes. Nam timor peccatū expellit. pudor penā tempat. spes hoiez erigit. De primo Eccī.i. Timor dn̄i expellit pctm̄. De scd̄o Eusebi⁹. Uerecūdia penam tpat quā quis ꝓ peccato pati debuerat. Richard⁹ de sancto victore. Quāto v̄ecūdia maior tāto in oculis dei clarius innotescit. De tercio Ro.v. Spes nō ꝯfundit. spe em̄ salui facti sum⁹. ad Ro.viij. R Scd̄o veniet ut medic⁹ sanās lāguorē. ⁊ h̄ fit in pctōruz remissione. Eccī.xxxviij. Da locū medico et nō discedat a te. quia opa ei⁹ sunt necessaria. Hiere.xxx. Obducā eī cicatricē tibi ⁊ a vulneribꝫ tuis sanabo te. Reuera p⁹q̄ ut iudex tīorē ⁊ horrorē pene ⁊ cl̄pe īcusserit ut pctōr ag̃sceret miseriā ⁊ pctī penā. tūc veniet ut medicus infundēs vinū ⁊ oleū sic̄ samaritanus

Lu.x.id est doloris mitigatōem ꝓtra hoꝛroꝛē culpe et leticiā spiritualē cōtra timoꝛē pene in remissionē peccatoꝝ. Oleū enim lenit. vinū vo inebriat ꝙ gaudiū quia letificat coꝛ hominis. ps.ciij. atq; ita opem ꝓfert salutarē. ut quotiēs penitens ex deuota ꝓsuetudine redire voluerit ad luctū penitētie. respiciens multitudinē ⁊ magnitudinē peccatoꝝ suoꝝ volens se ꝓinde ut prius ad luctū penitentie ꝓuocare. tūc spiritus testimoniū reddit spūi nostro ꝙ sumus filij dei. ad Roma. viij. Hoc est ꝙ dimissa sunt nobis peccata nīa. ut sic nō ad triſticiā ꝟ ad leticiam moueamur ita. Et hinc est ꝙ ex persona medici dicit dñs illud Isaie. lxi. Ad annunciandū mansuetis misit me. ut mederer ꝓtritos coꝛde: ⁊ ut consolarer omnes lugētes: ut impleat illud Thob. iij. Post lacrimatōem ⁊ fletū exultationē infundis. ut magdalene ꝓtigit Lu. vij. Remittunt tibi peccata vade in pace. Ecce duo emplastra q̄ dñs verus medicus ⁊ samaritanus peccatoꝛi sanciato supponit. sed tamē ꝙ sis veniā peccatoꝝ ꝓsecutus adducēdi sunt testes. Et quia ut habet Mat. xviij. in oꝛe duoꝝ vel triū testiū stat oīe verbū. Sic et nos tres testes. fidem spem ⁊ charitatē habere debemus. Primus testis est fides veritatis. Ezechielis. xviij. Si auerterit se impius ab impietate sua quam opatus est: ⁊ egerit pñiam ab omnib⁹ peccatis suis: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusticiā omniū iniqtatū eius nō recoꝛdabor. Et hiere. xviij. Si penitentiā egerit gens illa a malo suo quod fecit. agam et ego penitentiā sup malo qđ cogitaui ut facerem ei. Et ꝓbat hec in coꝛde hominis peccatoꝝ remissionem. ⁊ si non ad pēnā tamē maxime q̄ ad culpam Si vo deuotus hō hoc testimonio nō ꝓtentus vlterius ꝓgredit penitēs in hoc ꝙ deliquit ⁊ satisfaciens quantū potest accedat alius testis testificans in coꝛde nostro remissionē peccatoꝝ. s. spes ex conscientia. i. Johā. iij. Si coꝛ nostꝝ nō reꝑhenderit nos fiduciā habemus ad deū. ij. ad Corint. i. Gloria nostra hec est testimoniū ꝓscientie nostre. De ꝟ testimonio Aug. Inter iustū iudicē et purā cōscientiā dicit noli timere causam tuā. Bern. Quem ꝓscientia defendit inter accusatoꝛes liber est. verūtamen hic testis dat aliquā fiduciam. nullā autē certitudinē. Qđ clare patz i. Corin. iiij. Nihil mihi cōscius sum. sed nō in hoc iustificatus sum. iudex. Qui aūt me iudicat dñs est. quasi diceret. forte habeo aliqđ occultū. et ignoꝛo qđ deus scit. Tercius testis est charitas. quod tūc ꝓtingit cū hō deuotus sequit consiliū pauli. ad Philip. iij. Que quidem retro sunt obliuiscēs. ad ea vero que ꝓꝛa sunt extēdens meipm ad destinatū ꝓsequoꝛ ad brauiū supne vocatōis dei. non ꝓtentus ꝓꝛib⁹ se totū offert in obsequiū xpi. gemens ⁊ supplicās ut deus cū eo faciat misericordiā. Ad quā suppicatōez pater misericoꝛdiaꝝ de celo mittit terciū testē charitatem in qua fundit spiritū sanctū. ad Roma. viij. Ipe enim spūs testimoniū reddit spiritui nostro ꝙ sumus filij dei. et ꝙ remissionē peccati habem⁹. i. Petri. iij. Charitas operit multitudinē pctoꝝ. Cū prim⁹ testis conscientiā alleuiat. Scōus serenat. terci⁹ assecurat. ꝓpterqđ spiritus veritatis dictus est eo ꝙ anime fideli imꝓimit veritatē. puer. x. Vniuersa delicta operit charitas. Nemo ei cū charitate damnat. Ideo desidera medicū ⁊ clama cū Hieremia. xvij. Sana me dñe ⁊ sanabor. salvū me fac et salvus ero. S

Albertus. Dñs venīēs in virtute medici q̄tuoꝛ medet ꝓ sui aduentus pñtiaz. Primo ab infirmitate ꝓseruando. hoc fit cū attenuat impugnatōes viciоꝝ. Secūdo causam infirmitatis expellendo. s. concupiscentiā carnis ⁊ oculoꝝ. Tercio sanitatē reparādo. i. vires ⁊ fortitudinē. Quarto sanitatē repatam cōseruādo. Eccī. xxxviij. Honora medicū ꝓpter sanitatē. Tercio animā ꝙ grām visitat ut viatoꝛ alleuias laboꝛē in vie ostensione ꝓducēs hoiem ꝙ huius deserti solitudinē ad terram ꝓmissionis. Hiere. xvij. Quasi colon⁹ futurus es in terra. et quasi viatoꝛ declinans ad manendū. Et hoc ꝓpter vie alienatōem ⁊ tedij amotōem: ut ita deuota ex dulci ꝓfabulatione loquēs de gaudijs celestib⁹ alacriter ꝙ currat cū discipulis euntib⁹ in emaus. Luc. vltimo. Nonne coꝛ nostꝝ ardens erat in nobis ꝛc. quod interꝑtat delideriū consiliij. cum eo eñ ꝓsiliari debem⁹. quō ꝓsideratā metabitudinis eterne attingere valeam⁹. Quatot ut mḡ coꝛrigens errorē in interna illuminatōe. puer. ij. Fili mi ne obliuiscaris legis mee ⁊ ꝑcepta mea coꝛ tuū custodiat. Bern.

Preceptoꝝ custoditio est eorum operatio. ps. cij. Memores sunt mandatoꝝ eiꝰ ad faciendũ ea. ꝓuer. xxij. Appone cor tuũ ad doctrinã meã q̃ pulcra erit tibi cũ seruaueris eam. Bern. Ipe illuminat intellectũ. accẽdit affectũ. docet effectũ. Sed vide prĩo q̃s doceat. Isa. xxviij. Quẽ docebit scientiã. ⁊ quẽ intelligere faciet auditũ. Et rñdet in ꝑsona dñi lxvi. cũ inq̃t. Ad quẽ aũt respiciã nisi ad pauꝑculũ et ꝯtritũ spiritu ⁊ tremẽtẽ ꝯmões meos. Bern. Delicata est diuina consolatio: nõ dat̃ admittẽtibꝰ alienam. Quinto veniet ut rex ostendẽs honorẽ suũ et munificentiã in beneficioꝝ largitõe. Sap. vij. Venerũt mihi omnia bona ꝑiter cum illa. s. dei gratia. nã apportat secum thesauꝝ misericordiaꝝ ⁊ v̄tutum et omniũ meritoꝝ. Sapiẽtie. vij. Infinitus est thesaurus hoĩbus. s. virtutes ⁊ merita. quibꝰ placabiles deo efficimur. ut subdit ꝓpheta. quo qui vsi sunt ꝑticipes facti sũt amicicie dei ꝓpter discipline dona ꝯmẽdati. Et dicit dona. iuxta illud Aug. Quid sũt nostra merita nisi dei dona. Sexto veniet ut spõsus inflamãs ad amorẽ in sincera dilectõe Math. xxv. Ecce sponsus venit exite obuiaꝫ ei. dicit ecce. q̃si diceret mirabile. Quid em̃ magis mirabile q̃ꝫ ꝙ deus cuius magnitudinis nõ est finis. ps. cxliiij. ad pauꝑculã animã desponsari velit ⁊ amore ꝯiungi. ut dici possit illud Exo. xiiij. State ⁊ videte magnalia que deꝰ facturus ẽ hodie. Reuera magnũ est ꝙ creator ita suauiter velit ꝯiungi sue creature. De qua suaui vnione dicit Bern. Cũ gustat̃ q̃ꝫ suauis est dñs tũc anima nõ desiderat queq̃ꝫ alia bona. sed lãguente desiderio affectat̃ solus. nescio em̃ q̃d delicatius habꝫ in se deus q̃ꝫ ꝙ anime dicit̃ sponsus. Nam sub rõe regis ad cultũ eius requirit̃ reuerẽtia et aliquid timoris. sponsus v̄o nihil q̃ꝫ ꝑatum amorẽ exigit. Sed qꝛ omnis actus diligendi ꝯsurgit ex aliqua sil̃itudine: ut dicit̃ Eccl̃ici. xiij. Om̃e aĩal diligit sibi simile. anima vero ratõnalis est ad imaginẽ dei creata ⁊ similitudinẽ. ergo nõ solũ gratuita sed naturali q̃dã inclinatõne deberet eum diligere. sicut et ipe nos. i. Johan. iiij. Ipe prior dilexit nos. Ideo bern. Quid em̃ dignũ tãto amore repẽdi poterit etiã si puluis se ad reamandũ totũ colligeret. Sũt em̃ hoĩes terra et cinis. Eccl̃i xvij. T Nã deꝰ despõsauit sibi aĩam deuotã q̃druplicĩter. Prĩo ab eterno ꝑdestinãdo. Scd̃o in fide ad sacramentũ reuocãdo Tercio ꝑ ꝑceptoꝝ subarrationem. Quarto bñficij sponsalibꝰ dotando. de q̃bus Osee. ij. Sponsabo te mihi in sempiternũ. ⁊ spõsabo te mihi in iusticia et iudicio ⁊ in mis̃icordia ⁊ miseratõibus ⁊ sponsabo te mihi in fide. Primũ ibi. in sempiternũ. scd̃m ibi. in fide. terciũ ibi. in iudicio et iusticia. quartũ ibi. in misericordia et miseratõibꝰ. Hec sponsa ẽ fidelis aĩa. De qua Sap. viij. Quesiui mihi sponsam eam assumere: ⁊ amator factus sum forme illius. vnde Bern. Quis digne pensare poterit quãto affectu nos diligat. qꝛ aĩam sponsam dicit et vocat. Nam aĩa inferior est genere. Ipe enim est infinite et inexplicabil̃ nobilitatis. Isa. liij. Generatõem eius quis enarrabit. Et quãq̃ꝫ anime fideli que ꝑ amorẽ deo inheret nulla sit compatio. Eccl̃iasti. vi. Amico fideli nulla ꝯparatio. om̃es tamẽ anime nihil sunt respectu illius sponsi. s. filij dei. ij. Corinth. vi. Que societas lucis ad tenebras. ⁊ Job. iiij. Nunq̃d hõ dei ꝯpatõe iustificabit̃ aut factore suo purior erit vir. Secũdo aĩa inferior est specie. qꝛ nulla species alicuius anime compabilis est pulcritudĩ forme sponsi. Job. xv. Celi non sunt mũdi ĩ cõspectu eius. q̃nto magis abominabilis ⁊ inutilis hõ q̃ bibit q̃si aquã iniq̃tatẽ. Tercio est inferior dignitate. q̃d em̃ digniꝰ deo Job. xi. Excelsior celo est ꝓfundior inferno. Sic q̃d indignius aĩa peccatrice q̃ infernũ meruit. et tamen deꝰ in sponsaꝫ eã sibi elegit. ut figuratur in ethiopissa quã ut scribit iosephus. ĩ. ij. li. antiquitatũ. c. v. et sil̃r Comestor in historia scolastica. li. et. c. eisdem vxorẽ duxit ꝓpter quã aaron et maria obiurgati sunt eum. Numeri. xij. Bern. sed nõ potuit eiꝰ mutare colorẽ. Christus v̄o sponsam suã nõ fedã exhibebit. sed gl̃iosam non habentẽ maculã neq̃ꝫ rugã iõ Bern. O aĩa mea vñ tibi hec gl̃ia ut dicaris dei sponsa. vtiq̃ꝫ nõ ex nr̃is meritis sed ex flagrãtia sue charitatꝫ. Sed ut aĩa digne mereat̃ esse ⁊ dici dei spõsa ꝑ vnionẽ gr̃e U Tũc sciẽdũ ꝙ xp̃us spõsus q̃rit in sua sponsa septẽ. Prĩo pulcritudinis venustatẽ. Scd̃o disciplĩe moralitatẽ. tercõ diuitiaꝝ vb̄tatẽ. Quarto corꝑis sanitatem.

Sermo

Quinto fidelitatē. sexto subiectōis hūilita/
tē. septimo cordis charitatē. Dixi prio spon/
sus querit in sponsa pulchritudis venustatē.
et sic xps sponsus in aīa q̄rit pulchritudinē et
puritatē sciētie. De q̄ aug. de vgin̄b. Nō
q̄rit de⁹ pulcrā carnē. sed pulcrā mentē. i. ad
Thes. iiij. Hec est aūt volūtas dei sctificatō
vestra. qz nō habitat in corpore subdito pec/
catis. Dap. i. Et ut dicit Hugo in li. de bono
sciē. Deus q̄ē amator mūdicie corpollutū
peccatis nō pt inhabitare. Ideo docet gre.
sup Ezech. ome. ix. Quid pdest si oēl laudēt
cū sciā accusat. aut q̄d poterit obesse si omis
nobis derogent et sola sciā bona nos defen/
dat. Ergo in omni ope tacite debet hō ad sci
entiā recurrere. Nam sm aplm. ij. ad Cor.
i. Gl'ia nra hec est testimoniū sciētie nostre
Qua ppter non confidas sup vba adulatoria
hoim qui te aliq̄n asserunt bonū. qz habet in
cano. xi. q. iij. inter vba. nō hoim linguas. sz
sciētias curare debem⁹. qz ut habet ibidem
in. c. in cūctis. et sunt vba Aug. In cūctis q̄
in hac vita aduersa puenīt sola est omnipo/
tentis dei districtio pensanda. atq̄ ad cor p/
priū semp recurrēdū ut nulli⁹ tibi līgua impli
cet vbi sciētia nō accusat. Quē em̄ sciētia
defendit liber est inter accusatōes. et liber sine
accusatōe esse nō pt. si sola que interi⁹ addīc
sciētia accuset. Ideo sicut sponsa solz faciez
suā lauare et speculū inspicere ne spōso displi
ceat. sic et aīa facere debet. iuxta illud hiere.
xxxi. Statue tibi speculā. i. sciētiā. Hugo.
Cōscientia dr quasi cordis sciētia. vbi cognō
scis teip̄m. et vides quid macule insit tibi.
Et nō sufficit solū videre maculā sz cū b de/
bes abstergere et lauare. Isa. i. Lauami mūdi
estote. Iob. Ablue te lacrimis laua te fle
tib⁹. ps. Aspges me yssopo et mūdabor. Se
cūdo requirit sponsus in sponsa disciplīe mo
ralitatē. ut sit disciplinata in vbis et in opi/
bus. Primo in vbis. Nā signū est bonita/
tis in corde disciplinate loq̄. Matth. xij. Ex
abūdantia cordis os loquit. Et aristo. q̄rto
ethicor. Qualis vnusq̄sq̄ est talia loquit et
opat et taliter viuit. Et sic mala locutio est
bonor⁹ mor corruptio. i. Cor. xv. Corrum/
punt bonos mores colloq̄a prava. ideo pbi/
be lingua tua a malo. et labia tua ne loq̄nt do
lū. ps. xxxiij. Ratio puer. xiij. Qui custodit
os suū custodit aīaz suā. et puer. xviij. Mors
et vita in manib⁹ lingue. Matth. xij. Ex ver/
bis tuis iustificaberis et ex vbis tuis dāna/
beris. Jaco. iij. Si q̄s in verbo nō offendit:
hic pfectus est vir. Item disciplinata debet
esse in moribus ut nullū scandaliset. Cris. Sic
agamus ne scandalisem⁹ primus. Matth. xviij
Ve homi p quē scandalū venit. et. i. ad Thi.
iiij. Exemplū esto fidelibus in verbo: in conver/
sōe in charitate: in fide: in castitate. et ad Ti
tum. ij. In omnib⁹ pbe teip̄m exemplū bono
rū opum. Mat. v. Luceat lux vra coram homi
nibus ut videant opa vra bona. Nam sm
greg. sup ezechielē. Qui in occulto bñ viuit
carbo est: qz paucis pficit sed solū sibi ipi. q̄
vo in publico lumen sanctitatz demōstrat la
pas est. qz in se ardet et alios lucet. q̄d collau
dat gre. in. x. moraliū. Nō arbitror psilium
melius q̄z q̄ primū tuū exēplo doceas. et dō
in omel'. Raro vel nunq̄z pdoctores ad pfiam
redirēt si nulla essent bonor exēpla q̄ mentē
eor traherent. Tercio diuitiar vbertatē. et
exe diuitie psistunt in virtutib⁹. Gre. Ve/
re diuitie nō sunt opes sz vtutes. Que q̄de
diuitie valde placēt deo sponso nro. Rich.
Alia vtutib⁹ plena est dei sponsa. trinitatz ca
thedra. Seneca. Nil vtute pstanti⁹. nil pul
crius. qz hō vtuosus est quasi de⁹ in būano
corpe hospitatus. Quarto sponsus q̄rit in spō
sa corpis sanitatē ut non sit languēs vel clau
da. Sic xp̄us querit sanitatē anime spōse hoc
que sanitas attēdit in agilitate. qz signū pfe
cte sanitatis est agilitas. ut videlicz spōsa xp̄i
sit agilis ad omnia opera bona. Eccl. xxxi. In
omnib⁹ oprib⁹ tuis esto velox. et omnis infir/
mitas nō occurret tibi. s. accidie et negligētie
Hiere. xlviij. Maledictus q̄ facit opus dei
negligenter. Ideo docemur Eccls. ix. Quō/
cūq̄z potest facere manus tua instāter opare
Quinto fidelitatem. ut vicz sit ei ita fidel q̄
nulli placere desideret nisi ei. Sic xp̄s q̄rit in
fideli aīa ut in oprib⁹ omnib⁹ eius gloriā que
rat. i. Corint. x. Sive ergo manducatis sive
bibitis sive aliud quid facitis omnia ad glo/
riā dei facite. et Isa. xlij. Gloriā meā alteri nō
dabo. Ideo docet Bern̄. In omni ope intē
de in deum et ppter deū. nam sm Augu. Si
q̄s aliquid opatur ut terrenū cōmodū adipi
scatur nō erit cor mundū. Sexto spōsus q̄rit

in ſponſa ſubiectõis ⁊ obediẽtie humilitatẽ vt ſim⁹ ei ſubiecti voluntati ei⁹ obediendo ⁊ nõ noſtrã faciẽdo. De q̃ Matẽ. xvi. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipm. i. ꝓpriã voluntatẽ. ſm illud Eccli. xviij. Poſt concupiſcẽtias tuas nõ eas ⁊ a voluntate tua auertere. Nã dicit Euſebius in epla. Illo die bñ vixiſti in q̃ ꝓpriã voluntatẽ abnegaſti ⁊ deſideriſ tuis reſtitiſti. nã ꝓpria voluntas eſt deo valde ꝯtraria. Aug⁹. Quid odit deus aut punit niſi ꝓpriã voluntatẽ. tolle ꝓpriã voluntatẽ ⁊ non erit infern⁹. Nil ardet in inferno niſi ꝓpria voluntas dei voluntate ꝯtempta. Ideo Hiero. Tm̃ virtutibꝫ adijcies q̃tũ ꝓprie voluntati ſubtraxeris. Septimo ſponſus q̃rit in ſpõſa cordis charitatẽ. nã oĩa alia ſponſus nõ acceptaret ſi ſponſa eũ nõ diligeret. ſic xp̃s queꝛit charitatẽ in fideli aĩa. ad Col. iij. Super oĩa charitatẽ habete qđ eſt vinculũ pfectõis. Aug⁹. Charitas eſt q̃ valet ad oĩa ſine qua nichil valẽt oĩa. nã ad quid valeret cordis puritas diſcipline moralitas ⁊ obediẽtie humilitas ſi defuerit charitas Dicit nãq̃ hylarius. Fruſtra erit oĩs opatio ſi nõ adeſt dei dilectio vt teſtat apl̃s. i. ad Thym. xiij. Si habuero omnẽ fidẽ ita vt mõtes trãſferã. charitatẽ aũt nõ habuero nichil ſum. Ideo hortat nos Hugo. Quantũ potes tm̃ dilige. ptãs tua ſit menſura tua Et quantũ diligꝫ intantũ de gr̃a ⁊ gloria a ſponſo tuo obtinebis.

De eadẽ dominica Sermo. xxij.

Miſſus eſt gabriel angel⁹ a deo Luc. i. Audiuiſtꝫ de ꝓparatõe hoĩs ad aduentũ gratie ⁊ de quiditate ⁊ diuiſione eiuſdẽ. ⁊ de ſignis aduent⁹. ✠ Hñc videndũ eſt de opatõe gratie videlicet quid gratia opat̃ in aĩa. Et opatões ei⁹ innuũtur i euãgelio de annũciatõe incarnatõis xp̃i. Miſſus eſt angel⁹. Cũ gratia opat̃ iſta in anima ſcꝫ mentẽ excitat ad bona. roborat aĩam. deo vnit. mentẽ ad ſupna eleuat animã fecũdat. mentẽ purificat. pſeuerantiã efficit. peccatuꝫ exacerbat. cõſcientiã liberat. cor pulcrificat. aĩaꝫ ſecurat. timorẽ inducit. Dixi primo. dei veniẽs p gratiã mentẽ ad bonũ excitat. ⁊ tangit ibi. miſſus ẽ angel⁹. Nã ſicut dicit Richd. in li. de ꝯtemplatõe pte. v. Angel⁹ eſt diuin⁹ nunci⁹ p quẽ voluntatẽ diuinã cognoſcim⁹. ſic gratia p̃ueniẽs eſt quaſi dei nunci⁹ mentẽ hoĩs ad bonũ excitãs vt dicit Aug⁹. Gratia eſt lumẽ anime faciens hoĩem peccatũ ſuum cognoſcere. Et ille angel⁹. i. gratia p̃ueniens neceſſario p̃mittit. vt dicit Gre. xvij. moral. c. xxvij. Lumẽ quippe dei eſt gratia p̃ueniẽs q̃ ſi in nõ corde nequaq̃ gratuito ꝓſurgeꝛ pfecto mens nr̃a i peccatoꝝ ſuoꝝ tenebꝛis obſcura maneret. Jõ apl̃s mutat⁹ de pſecutore in p̃dicatorẽ dixit. i. Thoꝝ. xv. Gratia dei ſum id qđ ſum. Idcirco debet p̃cedere ⁊ mẽtem hoĩs excitare. vt figurat̃ Act. xij. Angelus aſtitit ⁊ lumẽ refulſit in habitaculo carceris ꝓcuſſoq̃ latere petri excitauit eũ dicens. ſurge velociter. Cũ ſicut angel⁹ ibi p̃ceſſit ad liberatõẽ petri de carcere. ſic gr̃a dei p̃cedere debet in aĩa affectũ ad oñe bonũ excitandum. ps. lviij. Miſericordia ei⁹ p̃ueniat me. Job xxxij. Spũs eſt in hoĩb⁹. ⁊ inſpiratio omnipotentis dat intelligentiã boni. l. ⁊ mali. boni ad opandũ. mali ad fugiendũ Dicit nanq̃ aug⁹. in li. de penitẽtia. Vere penitere nõ eſt hoĩs q̃ dei. De q̃etiã Richd. li. iiij. de cõtemplatõe Scim⁹ q̃ nichil cordis intima purgat. mentis mundiciã reparat q̃ aĩme cõpunctio quã gratia tribuit. Jõ Dyoniſius in de angelica gerarchia. c. vi. dicit. Niſi p̃cederet purgatio nõ ſequeret illuminatio. ⁊ niſi eſſet illuminatio nõ veniret ꝓſummatio. Secũdo i bono roborat ⁊ ꝓfortat. Et notat̃ ibi. gabriel. qđ interp̃tatur fortitudo dei. qui eum nunciare venerat q̃ eſt dñs fortis in p̃lio cõtra principes tenebꝛaꝝ. ſic gratia dei ꝓfortat hoĩem i bono. Aug⁹. Nolentẽ gratia p̃uenit vt velit volentẽ ſubſequit̃ vt poſſit. Ideo petit eccl̃ia in collecta. Tua nos gr̃a ſemp p̃ueniat ac ſequat̃. p̃ueniat inſpirando: ſequat̃ adiuuãdo. l. in bonum op⁹. qz dicit Aug⁹. ꝺ correctõe ⁊ gratia Gratie dei eſt q̃q̃d boni agimus. Iſa. xxvi. Oĩa opa noſtra operatus es nobis dñe. Job. xv. Sine me nichil poteſtꝫ facere. Idcirco i oĩb⁹ agendis gr̃a dei eſt inuocãda. quia dicit ſan. tho. li. iij. cõtra gentiles. Indiget homo diuine gratie auxilio vt pſeueret i bono. Et hoc eſt qđ dicit̃ ad phylipẽ. i. Qui cepit in vobis opus bonũ pficiet. Et. i. Pe. vlti. Deus autem oĩs gratie qui vocauit vos in eternam

gloriã suã in xpo ihesu modicũ passos ipe pfi ciet ꝓfirmabit solidabit ꝙz. ℔ gliderans apls dicit ad philip. iij. Oia possũ in eo ꝙme con fortat. Quã quidẽ ꝓfortatõez ĩ bono petiunt dauid in ps. lxx. Cũ defecerit virtus mea ne derelinqs me. l. ꝓ grãz tuã. ℣ Sed dicere s. nõ habeo talẽ grãz ⁊ nunciũ ꝙ me excitaret ⁊ ĩ bono ꝓfortaret. Rñdet Innocẽ. Grãz ꝓmereri nemo ꝑt qz gratꝫ dat: lz demereri ꝙz ꝑt. ideo nõ est imputãdũ homini si grãm nõ mereꝛ. lz imputãdũ est ei si grãz demereꝛ Dicit eñ aug. in li. ℔ spũ ⁊ grã. Semp ꝑsto est grã si nõ est repulsa. ⁊ si aliqñ homini nõ ꝓferꝛ causa esse ꝑt. iniusta esse nõ ꝑt. qz grã ꝑ uenies vt dic Aug. nulli vnqz defuit qui dig⁹ fuit. ℣z diceres tñ dictũ est ꝙ null⁹ eaz ꝓmereri ꝑt. Rñdet san. tho. ℔ vez est ꝙ null⁹ ℔ meꝛ grãz de ꝓdigno: lz bñ de ꝓgruo. Tercio grã aiaz vnit ⁊ deiformẽ efficit ꝑ sui vnionẽ. ⁊ notaꝛ ibi ĩ ciuitatez. Ciuitas eñ ỏz ꝙsi ciuiũ vnitas. qz facit deificã vnitatẽ. De ꝙ dicit Lincolien. sup. i. c. ãgelice gerarchie ĩ fine. Deiformitas ẽ assimilatio ꝙ fit ꝑ im mediatã ad hꝛsionẽ ipi deo. De ꝙ. i. Dio. vi. Qui adhꝛret deo vn⁹ spũs est. qz sic se habet receptibilitas nra ad ipm deũ. sic ⁊ ipe tribuit nobis ĩ pticipãdo ei⁹ pticipatõez. ꝑ hãc ei deificamur ⁊ dij dicimur. ps. lxxxi. Ego dixi dij estꝫ. Quia aũt illa vnio aie ad deũ fit per amorẽ. lz qz nihil amaꝛ ⁊ diligiꝛ vt dic aug. nisi cognitũ. ideo ad pfectã vnionẽ requiriꝛ cognitio dei ⁊ dilectio. Dyoni. Amor est virtus vnitiua amantꝫ cũ amato. Nã duo sunt in hoie ꝙbꝫ ꝑt deo adhꝛrere. s. intellect⁹ ⁊ voluntas. ꝑ intellectũ deũ apphendit. ꝑ voluntatẽ in deo quiescit ⁊ eũ diligit. ⁊ se ei assimilat. De ꝙ Hugo de archa noe. c. v. dicit. Tlis amoris est vt talẽ te ꝑ amorez necesse est esse ꝙle id est qõ amas. ⁊ cui ꝑ affectũ ꝙiungeris in ipius similitudinẽ trãsformeris. ⁊ ideo sic terrena amãdo terren⁹ efficier. sic deũ amãdo deiformis. Talis eñ vnusquisqz est ꝙlis est sua dilectio. Jõ aia est sic cera flexibiꝛ cui faciliter imago sigilli imprimiꝛ. sic dic Auer rois sup de aia. Hinc est ꝙ grã amorosa dic in cantic. v. c. Aia mea liqfacta est. s. ad suscipiendũ formã deificã vel deiformitatẽ. ꝙ deiformitas vt dicit Lincoñ. est renouatõ spũs rõnalis ⁊ cõformitas ipi⁹ ad deũ ꝓut est possibile. s. ꝑ amorẽ scientiã ⁊ opationem. ℣ Quarto mentez ad supna eleuat. ⁊ tangitur ibi galilee. nã galilea interꝑtaꝛ translmigratõ scz ꝑ feruẽs desideriũ mentẽ eleuando. Canti. iij. Que est ista ꝙ ascendit ꝑ desertũ sic virgula fumi ex aromatibꝫ mirre ⁊ thuris. Spiritualiter. ꝑ fumũ intelligiꝛ deuote mentꝫ desideriũ qõ ab igne ascẽdit. nã virgula graciꝫ ⁊ recta est. sic sanctũ desideriũ surgit ex intẽtione recta. ex aromatibꝫ mirre. i. mortificatione carnis. ⁊ thuris. i. deuotõnis intime. ⁊ vniuersi pulueris pigmẽtariꝫ. i. virtutũ ꝙlũmatõe. Et sic aĩa quasi fum⁹ ꝑ desertũ ascendit qñ ex bis ꝙ in seipsa inuenit siue bonis siue malis affectũ suũ in celestis sponsi desiderium trahit. De ꝙ Hugo in cõmento angelice gerarchie ponit exemplũ in re sensibili. sic vas cũ liquore circa ignem dũ ponitur calor ignis primo incipit illũ liquorẽ ab imo ignire postea nũc huc nũc illuc. nũc sursuz nũc deorsum iactare ⁊ paulatim sursũ attollere. ⁊ ꝙz ad summũ replere. tandẽ supius sic eleuatum ad foras cũ quadã violentia euacuare ⁊ effundere. sic humana mens diuini ignis desiderio accẽsa sepe in seipa ꝓtra seipaz feruẽs ⁊ fremẽs ⁊ estuãs sibiꝑpsi irascẽs. seipam despicies summis inbiãs ꝑ inferioꝛ ꝓemptũ ab infimis repelliꝛ. ⁊ ꝑ supnoꝛ desideriũ ad supioza trabiꝛ. ita vt ⁊ sup seipam oblita scz sui in extasi subleuata tota ad supna rapitur. Hi sunt de quibꝫ Isa. lx. Qui sunt isti ꝙ vt nubes volãt ⁊ quasi columbe ad fenestras suas. Greg⁹. Sepe gratia ꝓemplantẽ animũ ita ad supna eleuat. vt ꝙ circa ipm sint ignoret. Et talis fuit apls. ij. ad Chor. xij. Scio hoiem in xpo siue in corpe siue extra corp⁹ ne scio raptũ hmõi vsqz ad terciũ celũ. ℣ Quinto gratia dei in mentẽ veniẽs aiaz fecũdat. Et innuiꝛ ibi nazareth. nã nazareth interꝑtatur flos. ⁊ sic ex floze generaꝛ fruct⁹. sic grã opaꝛ fructuositatẽ bonoꝛ opeꝛ. Sapientie. iij. Bonoꝛ eñ laboꝛ glorioslus est fruct⁹. De ꝙ fructu Can. ij. Fruct⁹ ei⁹ dulcis guttuli meo. Et hic generatur ex dei gratia. Isi. Gratia est donum dei misericordie. ꝑ qõ fit expletio voluntatis divine. Nã sm Aug⁹. ℔ lrã ⁊ spũ. Gratia daꝛ vt lex impleaꝛ. Sexto gratia dei mentẽ purificat. ⁊ notaꝛ ibi ad virginẽ scz purissimã. ⁊ sic gratia mẽti aduenies

reddit eam puraz. vt testaꝫ Richꝫ. Quid est ꝙ purgat mentis intima nisi dei gra. qz cum gratia sit res munda nō stat in immūdis. Et qz ſm Dio. Bonū potenti⁹ est in agendo q̄ malū. Ideo ipa gratia oīa immūda repta in aīa aut ꝓsciētia expellit. vt dicit Bern̄. Intra cordis habitaculū qđ possidet minimam paleā pccati non patiꝫ residere. ſz sicut aqua pannū lauat a sordib⁹: ita diuina gratia mūdat aīam a labe peccator. ꝓpter qđ de ipa dr Ezechꝫ. xxxvi. Effundā sup vos aquā mundam. i. aduent⁹ mei gratiā. et mūdabimini ab oīb⁹ inquinamentꝫ vestris. ꝓpter quod dicit apl's ad Ro. v. Ubi abundauit delictū supabundauit et gra. ſ. ad repellendū delictuz et ad resistendū pccatꝫ. Jō dicit Bonauen. Gra est dei donū ꝙ qđ aīa efficit spūssancti templū Septimo gratia dei in mentē venīes ꝓseuerantiaz efficit. et notaꝫ ibi desponsatam viro cui nomē ioseph. ad designandū ꝙ gratia efficit virilē opositatem Ūñ ps. xxx. Viriliter agite vt ꝓfortek cor vestr. Nam aliqñ homo ita viriliter operatur ex gratia ꝙ nullo modo posset facere ex natura. vt dicit apostol⁹. i. ad Chor. xv. Abundanti⁹ illis oīb⁹ laborauī Et subdit. Nō ego ſz gra dei mecū. Jō vir dicebaꝫ ioseph qđ interptaꝫ augmētū. qz gratia menti aduenīes augmētat robur et fortitudinē ꝙtra humanā infirmitatē. De q̄ apl's ad Ro. viij. Similiter aūt et spūs adiuuat infirmitatē nostrā. Ideo dicit Aug⁹. Sancti patres inspiratōe diuina fecerūt difficilia q̄ nobis videnī qđāmodo impossibilia. et ꝙ ex dei gratia. qz dicit Greg⁹. in Moral. Qui superna deguſtat oīa inferiora eq̄nimiter portat et ꝓseueranter. qz dicit Hiero. Nō incepisse ſz ꝓfecisse virtutꝫ est. Nā dei gra est alpha et o id est. principiū et finis. principiū ꝙ ꝓuementem gratiā. finis vo ꝙ cōsummantem. Ideo de pe. di. ij. c. apl's. ſ. ꝓpter hmōi humilitatē secreti credendū est quosdā de filijs pditōis nō accepto dono ꝓseuerandi vsq̄ in finez in fide q̄ ꝙ dilectōez oꝑatur incipere viuere et postea cadere. vbi euidēter innuiꝫ ꝓseuerantiam in bono esse donū dei. ¶ Octauo gratia dei menti aduenīes pccatū exacerbat Et notaꝫ ibi. nomē virginis maria. Nā maria interptatur mare amaz. ad designanduz ꝙ dei gratia cōfert amaritudinē de pccato. Greg⁹. Quāto maiorē gratiā q̄s recipit tanto magis se repḥensibilē ī pccatꝫ cognoscit. Et gra nō solū causat amaritudinē pccati: ſz etiā mūdi et eoz q̄ in mūdo sunt vt carnis oblectamenta. Greg⁹. Gustato spiritu delipit oīs caro. Nā gra auertit desideriū a carne et a mundo et ponit in deo. Ideo non habentes dei gratiā his desidioſuz est audire de deo et ō spiritualib⁹ reb⁹. Greg⁹. Mens visibilib⁹ dedita nō ꝑt videre inuisibilia. Nā his dulce est in mūdanis reb⁹ qui nil gustauerūt de celestib⁹. ideo tales quib⁹ mundus sapit dei gratiā suscipe nequeūt. De q̄ Job. xxiij. quē mund⁹ nō ꝑt capere. Aug⁹. i. homo mundan⁹ qz dicit Chrisꝫ. Si te delectat mund⁹ ad gratiam dei es indisꝑositus. Bono gratia ī mētem aduenīes ꝓscientiam liberat vel libertat. ſcz a pccato. iuxta illō. ij. Chor. iij. Ubi spirit⁹ dñi ibi libertas. Et innuiꝫ ibi. ingressus angelus dixit Aue. Sicut em angel⁹ clausis ianuis ad mariaz ingressus est. sic gratia dei occultis vijs accedit ad humanā mentē et in cōꝑebēsibilib⁹. de q̄ Job. xxxviij. Per quā viā spargiꝫ lux. q. d. nesciꝫ. sic et nec via nosci tur ꝙ quā gratia daꝫ Ūñ gilbert⁹. Nō ꝑt dari certa regula qz ñ est nosse vestr tpa vl' momenta. qz nō est industrie ſz gre. nō inuestigationis ſz reuelatōis. De q̄ Jliō. dicit ō summo bono. Gressus dei ꝙ gratiā. ſ. sunt in cor⁹de bōis interioris. qz bona desideria surgunt vt calcenī mala. Et sicut angel⁹ liberauit petruz a catenis. Actꝫ. xij. sic gra dei liberat hominē a vicijs. De q̄ Bern̄. de libero arbitrio Ubi gratia ingreditꝫ potestas pccati minuiꝫ De q̄ et apl's ad Ro. viij. Spūs vite liberauit me a lege pccati. ꝙ est spūssancti gra ꝓferens vitā. De q̄ Bern̄. sup Cāti. ſmone. vi. Gratia tumētia corda ꝓculcat. carnalia desideria cōꝑimit. impiū iustificat. Ideo meritō dicit Aue. qz liberata ve pccati. Nam triplex ve hō incurrebat. ſ. ve culpe. ve pene. ve miserie et damnatōis eterne. Apoc. viij. Ve ve ve habitantib⁹ ī terra. ve ꝓpter culpā quā cōmisim⁹. ve ꝓpter penā quā meruim⁹. ve ꝓpter miseriā quā incidim⁹. Nā ex culpa cōmissa nō solū pena ſz etiā miseria ē subsecuta ita vt et iusti miseria tpali affligunt. Job. x. Si impi⁹ fuero ve michi est. et si iustus nō leuabo caput meū saturat⁹ afflictōne et miseria

Sz hic p gratiã in statu merendi liberamur
C Bernñ. in ſmone Intrauit hielus in qđ
dã caſtellũ dicit q triplicẽ gratiã diuinitus
accepim⁹. Primo gratiã q̃uerſionis ꝓtra ve
culpe. qz ibi culpa dimittit̃ ⁊ ex ꝓtritõe hõ ad
deũ reuertit̃. Secũdo gra3 adiutorij ꝓtra ve
miſerie. qz a miſeria eripimur dũ a deo adiu/
uamur. Tercio gram remuneratõis ꝓtra ve
eterne damnatõis. qz de eterna pena liberat̃
q̃ remunerand⁹ ad eternã gloriã dirigit̃. De
q̃ gra dicit apls ad Epõ. ij. Gratia em̃ eſtis
ſaluati p fidẽ. Et iteruz. Cui⁹ gratia ſaluati
eſtis. qui ꝓſuſcitauit ⁊ ꝓſedere fecit vos in
celeſtibꝫ in xpo ihesu Et. ij. Chor. ix. Potẽs
eſt de⁹ omnẽ gratiã abundare facere i vobis
Decimo gratia animaz pulcrificat. ⁊ tangit̃
ibi gra plena. Dicit nanq̃ Aug⁹. de vera in/
nocentia. Sicut duo ſunt officia medicine.
vnũ q̃ ſanat̃ infirmitas. aliud q̃ cuſtodiat̃ ſa/
nitas. ita ſunt duo dona gratie. ſ. peccata au/
ferre. Iſa. xlij. Ego ſũ ipe q̃ deleo iniq̃tates
tuas. ⁊ tangit̃ ibi. aue. Et ſm claritatẽ vtuz
tribuere. Et tangit̃. gratia plena Undecimo
gratia aiam ſecurat. ⁊ tangit̃ ibi. dñs tecum
Uſi merito hõ eſt ſecurus in aia qui habet dei
gratiã q̃ ꝑt dicere cũ ps. xxvi. Dñs ꝓtector
vite mee a q̃ trepidabo. q. d. a nullo. qz dicit
apls ad Ro. viij. Si deus ꝓ nobis q̃s ꝯ nos
q. d. null⁹. Et ite3 aia in gra exiſtẽs ꝑt dice/
re illud Hiere. xx. Dñs mecũ eſt tanq̃ bella
tor fortis. vbi mgr̃ Jacobꝫ. ſ. de ſancto victo
re in quodã ſmone dicit. dñs tecũ in ꝓſilio p
gratiã ſuã. tecũ in defenſionis auxilio. tecuz in
ſcientie ſecreto. tecũ in exilio. tecũ in piculo.
tecũ in corde. tecũ in ore. tecuz in ope. tecum
vbiq̃. ideo q̃ ſecur⁹ es dũ es in gra q̃cũq̃
agere volueris. Idcirco ſecuritas hec figura
tur in gedeone. Judicũ. vi. vbi venit angel⁹
ad gedeon dicens ei. dñs tecũ virox fortiſſi/
me. extũc em̃ gedeon fuit victor potentiſſim⁹
de hoſtibꝫ ſuis. ſic cũ gratia dei affuerit hõmi
ni p ei⁹ ꝓſentiã aſſecurat̃ ꝓtra oim̃ hoſtiũ ma
liciaz. Uſi greg⁹. in ſmone de apl̃is. Fortes
facti ſunt. occidi poſſunt. flecti nequeunt. q̃o
em̃ ſuſtinuiſſent ſi gratia dei eos nõ ſolidaſſz
D Duodecimo gra dei aduenies mẽti re
uerentialẽ timorẽ inducit. ⁊ innuit̃ ibi. audi/
ens maria turbata eſt in ſmone angeli. Sic
hõ p aduenientẽ dei graz inducit̃ ad dei timo
rem. iuxta illud ps. xxxiij. Timete dñm oes
ſancti ei⁹. Ratio Eccli. qz qui ſine timore eſt
nõ poterit iuſtificari. Ideo hortamur Canc.
iij. Unicuiuſq̃ enſis ſup femur ſuũ ꝓpter ti
mores nocturnos. Greg⁹. in moral. Noctur
ni timores ſunt inſidie ⁊ temptatões occulte
enſis ſup femur eſt cuſtodia pumẽs carnis il
lecebras. ad quã ⁊ p quã gratia mentẽ robo/
rat ⁊ ꝓtegit. Et qz ſancti ſemp ſunt ꝺ ſpe cer
ti ſz de temptatõe ſuſpecti. Jõ illos de⁹ ali
qualiter in timore relinquit. qz ⁊ p ꝺ magis
placẽt deo atq̃ illũ plus ſibi eroꝛabilez atq̃
ꝓficiũ habebũt. ps. cxliij. Voluntatẽ timẽ
tiũ ſe faciet. ſ. filiali timore nõ ſeruili. ⁊ depca
tionẽ eoꝛ exaudiet ⁊c. Aug⁹. Xpiani nõ ſunt
ſerui ſz liberi. i. nõ ſeruilẽ timorẽ habere debẽt
ſz filialẽ. Nã timor ſeruil̃ eſt vt canis timẽs
baculũ. Aug⁹. Uinit in hoĩe peccandi volun
tas ⁊ ſequeret̃ quidẽ op⁹ niſi eſſet impunitas
Nã qui a peccatis abſtinuit qz gehennã me/
tuit non amauit. qz timor ſeruilis caret chari
tate. iuxta illud. i. Joh. iiij. Timor nõ eſt in
charitate ſed pfecta charitas foras mittit ti/
morẽ. Ideo aug. Abſtinere a peccato ratõe
timoris penẽ liberat a morte. Ideo dei gra
nõ inducit timorẽ ſeruilẽ ſz reuerentialẽ ⁊ fi/
ialẽ. De q̃ Iſa. xi. Replebit eũ ſpũs timoris
dñi. Tredecimo gratia dei vitã eternã ꝑſtat
⁊ inuit̃ ibi. dabit illi dñs ſedẽ dauid ꝑris ei⁹
⁊ regnabit in domo Jacob in eternũ. ⁊ regni
eius nõ erit finis. ſ. in futura vita ad quã per
ducit hoĩez dei gratia. iuxta illud ad Ro. vi.
Gratia autẽ dei vita eterna. De q̃ ⁊ Bernñ.
Nõ ſunt talia merita ꝓpter q̃ dat̃ vita eter/
na niſi ex dei gratia.

De eadez dominica Sermo xxiij.

P Reparate corda veſtra dño. i. Reg
vij. Uidemus nanq̃ vbi princeps
magnus nunciatur venturus tũc hoſpes domus ꝓparat camerã ⁊ cubile amenuz
ſibi in habitaculũ. E Spiritualiter. qz
rex regũ princeps celi ⁊ terre venturus eſt p
gratiã ad nos. Idcirco ſi quereres in quo ha
bitaculo vult quieſcere. Rñdet ꝓpha ſamu/
el in hominis corde dicens. preparate corda
veſtra domino. De q̃ etiã habet Prouerbi.

xxiij. Fili pr̃ebe cor tuum michi. nõ dicit accõ
moda sz p̃bꝛ. vt nichil iuris de cetero habeas
in corde tuo. ⁊ vt nil velis nil sapias nisi q̃
deũ velle cognoscz. Hã q̃dq̃ illi offerre velis
ex isto loculo ꝓcedere debet. Primo si offers
fidẽ tũc ex corde. ad Ro. x. corde creditur ad
iusticiã. si pœnitẽtiã offers tũc ex corde. De q̃
Job xl. Cõuertimini ad me ĩ toto corde ve
stro. Si ei fructũ exhibes tũc ex corde. Deu.
x. Dilgas dño deo tuo ex toto corde tuo. si
obediẽtiã deo p̃stas tũc ex corde. Deutro. xx
vi. Hodie dñs deꝰ tuus p̃cepit tibi vt facias
mãdata hec atq̃ iudicia vt custodias ⁊ ipleas
ex toto corde tuo Si oꝛõez effundis ad dñm
tunc ex corde Judith. xiij. Ex toto corde suo
oẽs oꝛabãt deũ israel vt visitaret ꝓplm suũ. ⁊
Matth. vi. Cũ oꝛaueris intra ĩ cubiculũ tuũ
sz cordis. ⁊ clauso ostio oꝛa patrẽ tuũ in ab
scõdito. Vñ docet hiero. ⁊ habet̃ in ca. ꝺ ꝑse.
di. v. Hõ mediocriter. nõ em̃ vbis tm̃ sz cor
de oꝛandꝰ est deꝰ. Hã ſm aug. Quid ꝓdest
strepit⁹ labioꝝ vbi cor est mutũ. Si q̃ris dei
gr̃az tũc ex corde. Hiere. xxix. Cuz q̃sieritis
me ĩ toto corde vro inueniar a vobis dic̃ dñs
Si dilgz deũ tũc ex corde. Deut. vi. ⁊ Luc̃
x. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde Si cõ
fessionẽ facz tũc ex corde. iuxta illꝺ p̃s. ix. Cõ
fitebor tibi dñe in toto corde meo. Idcirco
hortat̃ nos Cant. viij. Pone me vt signacu
lũ sup cor tuũ. Idcirco req̃rit cor nostꝝ vt pa
rem⁹ ĩ eogr̃e dei hospitiũ dicẽs. ꝑparate cor
da vr̃a dño. scribit̃ loco vbi sup̃. ¶ Pro
quo sciendũ deꝰ petit cor nostꝝ ⁊ nõ aliud mẽ
bruz pluribꝫ de causis. Primo quia est spẽci
ale hospiciũ dei in q̃ habitare cupit. ad Eph.
iij. Det vobis xp̃m p fidẽ habitare in cordib
vestris. ideo cor interp̃tat̃ q̃si camera oñipo
tentis regis. Hã rex celestis delectat̃ habita
re ĩ corde hoĩs p gratiã. Prouerb. viij. De
licie mee esse cũ filijs hoĩm. Secũdo ideo pe
tit cor. qz est pncipiũ oĩm membroꝝ. Vnꝺ
Aristo. xij. li. aĩalium. Cor est pncipiũ vite
⁊ oĩs motus corpis ⁊ sensus. Et ꝓsequenter
hoĩem totũ petit deꝰ in ꝺ q̃ cor petit. ⁊ meri
to totũ hoĩez exigit qui totũ corꝑ suũ cũ oĩb
membris suis in passione sua p oĩb hoĩbꝫ
exposuit. Tercio ideo q̃ cor plenũ est sangui
ne. ergo pr̃ petit vt ⁊ filius suus sanguinẽ suũ
illuc ponat. Naz ſm Aristo. viij. ethi. simile
applaudet suo simili. Vñ q̃libet debet ĩ corde
suo hiesum cũ suis sanguineis vulneribꝫ loca
re meditãdo passionẽ eiꝰ. Vñ Berñ. in pso
na dñi in quodã sermone. O homo vide q̃ ꝑ
te patioꝝ. non est doloꝝ sicut quo crucioꝝ. ad te
clamo q̃ ꝑ te moꝛioꝝ. vide pœnas quibꝫ affici
oꝝ. vide clauos quibꝫ cõfodioꝝ. ⁊ cũ sit doloꝝ
tantꝰ exterioꝝ interioꝝ est planctꝰ grauioꝝ. cũ
tñ te ingratũ experioꝝ. Vñ etiã hiero. in epla
Conspui voluit vt nos lauaret. vclari voluit
vt vclamina culpe ⁊ ignoꝛãtie a cordibꝫ nr̃is
auferret. in capite ꝓcuti vt caput nostꝝ vt est
Ade sanitati restitueret. colaphis cedi ⁊ vꝛ
bis derideri. vt nos ei labijs ⁊ manibꝫ. i. vꝛ
bis ⁊ opibꝫ applaudarem⁹. Vñ q̃ deꝰ vult
cor sibi dari ⁊ nõ mutuari nec vendi declarat
Ysaias sup libz sapiẽtie. Illi deo mutuãt sua
corda qui ꝑ tpalia ꝑsperitate deo seruiũt. Hã
cũ ipa ꝑsperitas ipis subtrahit̃ tũc ⁊ ipi sub
trahunt deo corda sua qui ante ea sibi mutua
uerunt. Vñ ps. xlviij. Confitebitur tibi cuz
benefeceris ei. Sed non est deo pncipaliter
seruiendũ ꝑ tpalẽ remuneratõe Vnde dicit̃
in decretis remuneratõem tpalem nõ debet
quis querere ꝑ bono qꝺ egit. de pe. dist. iij. §.
Quãq̃. dicit canon. ⁊ sunt verba Grego. in
omelia. Cauenduz nobis est vt si forte aliq̃ꝺ
bonũ agim⁹ in ꝑsenti seculo remunerationez
nõ accipiam⁹. ne forte dicat̃ de nobis. Rece
perunt mercedẽ suã. Nisi em̃ diues iste aliq̃d
bom egisset vnde in ꝑsenti seculo remunerati
onẽ accepisset nequaq̃ abrahã ei diceret. Re
cepisti bona in vita tua. sz illi vendũt qui deo
seruiunt ꝑ mercede eterna quibꝫ etiã non est
amoꝝ filialis sz mercẽnarij. sz illi dant corda
sua deo qui ex sincera bonitate dei deo seruiũt
Et ꝺ desiderat ipe deus. Prouerbio. xxiij.
Prebe fili cor tuũ michi. q. ꝺ. ſm holgot. Fi
lii mi ꝑ creationẽ. fili mi ꝑ redemptionẽ p̃be
michi cor tuũ ꝑ dilectionẽ ⁊ deuotionẽ Chri
so. Merces tibi maioꝝ augeꝛ q̃ nõ spe mer
cedis oparis sz studio placendi. Vñ ipse deꝰ
nõ petit partẽ cordis sz totũ cor vult integra
liter habere. Mat. xxij. Diliges dñm deum
tuũ ex toto corde tuo. Hã falco auis genero
sa cũ diu volauerit ꝑ p̃da tunc cor ꝑ merce
de requirit. Falco est xp̃s qui ꝑ te volauit de
celo in vtez virginis. de vtero in mundũ. de
mundo ad crucem. ꝺ cruce ad limbũ. ⁊ tandẽ

Sermo

intueri eum. qua ꝓpter velamẽ posuit sup faciem suã Exo. xxxiij. Similr ⁊ Jacob. Genesis xxxij. dixit. vidi dñm facie ad faciem. Vñ damasce. li. ij. c. iiij. Quia deus bonꝰ est et sup bonus nõ est ꝙtentus ꝙtemplatiõe sui ipi?: sz ex abũdãtia bonitatis sue voluit nos facere ꝓticipes sui. quos ex nõ esse ad esse ꝙduxit. Propter qõ exclamat Anshelmꝰ dicens. O altitudo bonitatis tue deꝰ. videtur vñ sis misericors ⁊ nõ quidẽ. cernit vñ flumen manat sz nõ ꝑspicitur. naz de plenitudine bonitatis est. qz cum pctõrib⁹ pius. ⁊ in altitudine bonitatis tue latet. qua rõne boc ẽ. Idcirco gustemus suauitatẽ bonitatis eius et ascendam⁹ in ihrlm de qua ad Galathas iiij. Illa aũt q̃ sursum est ihrlm libera ẽ que est mater nostra. ✠ Pro quo sciendu⁹ ꝙ sicut ꝙndecim gradib⁹ ascendebat in templum materiale ⁊ corporale in hierusalez. sic spiritualiter. xv. sunt gradus quib⁹ fit ascensus in hierusalẽ celestem. ps. lxxxiij. Ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lacrimaꝝ in loco quẽ posuit. Prim⁹ grad⁹ ẽ nolle peccare mortalr. Ecci. xxi. Fili peccasti. nõ adij cies iterũ. sed de pristinis deprecare vt tibi dimittãtur. qz mortaliter peccare nõ est ascẽdere in hierusalẽ. sed descendere in babilonẽ id est in ꝓfusionẽ eternã. ij. Corinꝯ. vi. Que participatio iusticie cũ iniquitate. aut q̃ societas luci ad tenebras. que aũt ꝙuẽtio xpi ad belial. quasi diceret nulla. Secũdus gradus est occasiones pctõꝝ vitare. vt locũ. tempus ꝑsonã. quia occasio nõnunq̃ facit furem. qz occasiones peccandi inducũt ad peccatũ. vt dissolutiões vanitates curiositates. Sz dicetes quid est curiositas. Respondet Anshelmus in libro de similitudinib⁹. est diligẽtia ꝑscrutandi ea que scire nulla est vtilitas Sic dyna filia Jacob egressa vt viderz mulieres regiõis samarie. oppssa est a Sychen filio Emor. Propter qõ dixit Sara ꝙ vitasset curiositates et leuitates. Thobie. iij. Tu scis dñe ꝙ nunq̃ cũ ludẽtib⁹ miscuime neq̃ cum his qui in leuitatib⁹ ambulãt participem me ꝑbui. Naz licet leuitas vanitas dissolutio ⁊ huiusmõi non iudicent aliq̃ndo magnũ peccatũ. tamẽ impedimẽto sunt ꝓfectui ⁊ cõtemplationi. Aug⁹. sup canonicam Johãnis omelia prima. Peccata leuia noli contemnere. sed cum attendis ingemisce. Rationẽ ponit Bernñ. in li. õ ꝑceptis. Pec cata venialia licet nõ occidant animã: tamẽ pustulis ꝙrẽda scabie deformãt sic musca cibum. ⁊ sicut pulvis impedit in visiõe clara ipm oculũ. De quo Jsidor⁹ de summo bono. Oculus quẽ pulvis clauserit alta cõspicere nõ poterit. Sic ⁊ venialia etiam impediunt visionẽ diuinã nisi aĩma ab his purgetur. Apocalipꝝ. xxi. Nec intrabit in eam aliquid coinquinatũ. Mathei. v. Beati mũdo corde. De quo etiaz habẽ in ca. de ꝛse. dist. iij. nõ potest. Et sunt verba Chrisosto. Nõ potest ꝺs vite celestis grãm accipe nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati sz mortali ⁊ veniali. Anshel. in orõnibus nõ reputas paruũ quod exonerat deũ. ✠ Tercius gradus est correctões libenter suscipere: ⁊ cũ amore etiã a minimo. Bernñ. Nõ est ꝙtemnẽda correctio: qz est aĩe sanitas ⁊ via dei ad animã. Propter quod dic̃ Chriso. sup Mathẽũ. Increpatõ discipline religio sz hominẽ facit religiosiorẽ. Quart⁹: malũ exemplũ non ꝓbere. Chriso. Omnia agamus ne scandalizẽ ꝓmus. et Mat. xviij. Ve homini ꝑ quem scandalũ venit. Symon de cassia. Vbi in sacra scriptura est eterna damnatio. Propter qõ hortaꝝ ad philippẽ. ij. Sitis sine rep̃hensione in medio natõnis prave ⁊ puerse. Et. i. petri. ij. Cõuersatõem vestrã inter gentes hñtes bonã. scõm doctrinam saluatoris. Mat. v. Sic luceat lux vestra coram hom̃ibus vt videant opa vestra bona ⁊ glificent patrẽ vestrũ qui in celis est Dicit coram hom̃ibus. quia nõ est ꝓfectõis solum in occulto: sed etiã in publico. Gregorius. qui in occulto bene viuit carbo est. q̃ autẽ lumẽ sanctitatis demonstrat lampas ẽ quia sibi ardet ⁊ alijs lucet. Nã scõm Chrisostomũ. Tantũ lucere vanũ est. tm̃ ardere parum est: sed lucere ⁊ ardere bonũ et perfectum est. ✠ Quintus gradus est vnicuiq̃ misc̃diam impendere cui ꝑt. Thobie. iiij. Quõ potueris ita esto misericors. Ratio ꝓuerbior. iij. Misericordia ⁊ veritas non te deserant circũda eas gutturi tuo ⁊ describe illi tabulis cordis tui: ⁊ inuenies grãm ⁊ disciplinã bonam corã deo ⁊ hoibus. Bernar. Parum ꝓficit qui alteri ꝓdesse non cupit.

Sextus grad⁹ est oblatos honores non diligere. nã honores nõ querere nec petere est incipientiũ. sed nõ diligere cũ offerunt̃ est p ficientiũ. Bern̄. Non est magnũ gl'az mũdi nõ petere. sz est magnũ cũ offert̃ delicioſe nõ ſuſcipe. sic̄ Heſter. c. xuij. dixit. Tu ſcis neceſſitatẽ meã: qz abominer ſignum ſuꝑbie et gl'e mee. qõ ẽ ſuꝑ caput meũ. s. corona regni Septim⁹ gradus est deum p̃ oculis ſemper habere. Thob. iiij. Omnib⁹ diebꝫ vite tue i mente habeto deũ. qz p hoc vitat malũ et diligentius agit bonũ. Hã ut inqt Boeci⁹ de ꝓſolatu philoſophico. Magna indicta ẽ nobis neceſſitas ꝓbitatis cũ cuncta agam⁹ añ oculos iudicis cũcta cernentis. qz ex hõ orit timor eius qui retrabit a malo. Eccl. i. Timor dñi expellit pctm. Prouer. xxviij. Beatus hõ qui semp ẽ pauid⁹. Rõem dic̄ Bernardus. In veritate nil didici ita efficax ad grãm dei ꝓmerendã nutriendã ꝓſeruandã: ſicut nõ alta ſape ſz timere. A Octau⁹ gradus viliozẽ ſe omnib⁹ reputare. sic̄ fecit apl's. i. Cozin. xv. Ego ſum minim⁹ apl'oꝝ et nõ ſum dignus vocari apoſtol⁹. Chryſo. Qui vero corde est humilis indigniozẽ reputat ſe aliꝭs. Naz ꝓfecti nõ magnũ eſtimãt qꝫ ſeruiunt deo. ſed hoc marie reputãt qꝫ deus dignatur eos optare in ſeruos. Et hoc facit hominẽ aſcendere in ihrlm ſurſum. De q Dyonſius d angelica gerarchia. Quanto quiſq; in ſe humilior tanto deo ꝓpinquior. Nonus grad⁹ est conſolatões mũdi fugere dicendo cũ pſal. lxxxvi. Rẽnuit ꝓſolari aĩa mea memor fui dei et delectatus ſuz. Talis fuit Auguſtin⁹ in ſoliloquio. petẽs et dicẽs O ſumma veritas vnum p̃cor a te. ut in nullo me cõſolari ꝓmittas qꝫ in te. peto ut omĩa michi amareſcãt et tu ſolus dulceſcas. qz cõſolatio mũdi aufert homini cõſolatõem dei De quo Aug⁹. in libro ꝓfeſſionũ. Gaudiũ diuĩe dulcedinis nõ guſtas ſi carnali ac mũdiali cõſolationi cõſentias. Decim⁹ gradus est nulli malũ ꝓ malo reddere. Prouerbi. xx. Ne dicas reddam malũ ꝓ malo expecta dominũ et liberabit te. Nam ipe dixit Deuteronomij. xxxij. Mea ẽ vltio et ego retribuã. Idcirco ſcribit̃ Leuit. xix. Non q̃raſ vltõez nec memor eris iniurie. Eccl. xxviij. Qui vindicari vlt a dño inueniet vindictã et peccata illius ſeruãs ſuabit. B Undecimus gradus odiẽtes diligere. Mat. v. Diligite inimicos vr̃os et bñfacite his qui oderunt vos. Auguſtin⁹. Magnificẽtiſſime bonitatis est diligere inimicũ. Ideo apl's ad Romanos. xij. Si eſurierit inimic⁹ tuus ciba illũ: ſi ſitit potum da illi. Oz ſcõm Remigiũ. ꝓfectio dilectõis vltra dilectõem inimicoꝝ non ꝓt ſe extẽdere. Aug⁹. Dilige inimicos et eris dei amicus. et dicet̃ tibi. amice aſcende ſupius. Luce. xiiij. Et erit tibi gl'ia. Duodecim⁹ gradus est tribulatõem lete ſuſcipere. Jaco. i. Oẽ gaudiũ frẽs exiſtimate cum in temptatões varias incideritis. ꝓbatio enĩ fidei veſtre patientiã operatur. patientia aũt opus ꝓfectũ habz: vt ſitis ꝓfecti et integri in nullo deficientes. Luc̄. xxi. In patientia veſtra poſſidebitis aĩmas vr̃as. sz in vita eterna. Greg. Tanto ſpes ſolicitor ſurgit. quãto quis grauiora ptulit. Oz̃ cognoſcentes apl'i Actuũ. v. Ibant gaudẽtes a cõſpectu concilij: qm̃ digni ſunt habiti ꝓ nomine Jheſu contumeliã pati. Tredecim⁹ gradus ẽ frequẽter orõm inſiſtere. qz inter oĩa exercicia ſpũalia nichil magis habilitat mẽtem ad aſcẽdendũ qꝫ oratio. Dicit enim damaſcen⁹. Oz̃ō est mẽtis in dũ eleuatio. Auguſtin⁹. Deus ſpiritus est: et ſcõm ſpũm feriur in deum qõ est in homĩe ſuꝑemũ et optimũ. Propter qõ dicit Hieronim⁹. Dic̄ militi ſine armis ad bella procedere nõ cõuenit. sic nec chriſtiano ſine orõne. Luc̄. xviij. Quoniã oportet ſp orare et nõ deficere. dic̄ Gloſa Semp orat qui nõ ceſſat benefacere C Quartuſdecim⁹ gradus est deũ alte deſiderare. dicẽdo cum p̃s. Dñe ante te omne deſiderium meum. nam ſi vobis deficit orãdo. nõ tamẽ deficere debet mẽte deſiderãdo. Quia dicit Greg. in moralib⁹. libro. ij. c. xi. Animarũ verba ſunt ipa deſideria. Et ſcõm Auguſtinũ ſup pſalmiſtã. Si lingua taceat qui deſiderat corde clamat. ſicut fecit Moyſes cui tacenti et deſiderãti dictũ est. Exo. xiiij Quid clama ſad me. pſal. ix. Deſiderium pauperum exaudiuit dñs. Quintuſdecim⁹ gradus est ꝓ mẽtis exceſſum gloriã dei cõtemplari. pſal. lxxxiij. Videbit̃ deus deoꝝ i ſion id est in cõtẽplatione diuine eſſentie. Job. xvij. Hec est vita eterna vt cognoſcãt te ſo

lum verū deum ⁊ quē misisti Ihesum christum. Ideo quicūq; ascendere vult in iherusalem celestem in contemplatōe: nunc debet se exercitare. Quia dicit Fortunat? Ne quaq; se deus devote anime applicat ⁊ inclinat nisi in presenti totam se erigat. Ideo dicitur devotis animabꝫ illud quod dictum ē filijs isrl'. Nūeri. xiij. Ascēdite p̄ meridionalem plagam. id est p̄ feruidam dilectionem quia contemplatio includit in se cognitionē et dilectōem. Richardus. Scōm mēsuram dilectionis dispensatur modus manifestatōnis. Et sic per contemplatōnem. scilicet debemus explorare terram celestis iherusalē. Quia scribitur in figura Deutronomij. xi. Terra autē ad quā ingredieris possidendā nō est sicut terra egipti. id est huius mundi sed fluit lacte et melle. quia ibi erit fruitio diuinitatis ⁊ būamitat̄. Ber. Plenū erit omni dulcedine videre hominē et bonis conditorem. Idcirco ascendam? nūc. Quia dicit Hugo. Quanto magis crescit mētis ascensio. tanto ⁊ dei cognitio. ibi etiam agit' leticia solennitatis eterne. Psal. lxxv. Diem festum agent tibi. Hanc ascensionem cōtemplationis eterne debemus hic incipere in cōtemplatione amenitatis spiritualis. Quia dicit Richardus libro. i. de ꝓtemplatione. Quid dulci? ⁊ iocundi? q̄ gustare ⁊ videre q̄m suauis ē dñs. D Subdit' ꝓsūmatis oīby redierūt. sic a ꝓtemplatiōe celestiuꝫ viri sancti nōnunq; ad seipsos redeunt ⁊ ad actus corporales. nam amenitas contemplationis nō diu potest stare. Ratio prima. qa talis gustus dulcedinis est merces laboris. Et ergo per quēdam gūstum ostendit' amatoribus: sed nō plene cōmunicatur. quia hic est status laboris ⁊ non quietis. quia dicit Gregorius. Plerunq; qui plus in contemplatōne rapitur cōtingit vt amplius in temptationibꝫ fatigetur. Sicut quibusdaꝫ sepe bene proficientibꝫ cōtingere solet. quoꝝ mentem dum aut cōpunctio afficit. aut contemplatō supsemetipam rapit. statim etiā temptatio sequit'. ne de his ad q̄ rapitur extollatur. Ratio secūda. quia si diu staret tunc exterior homo deficeret ⁊ morere'. quia ī tali gustu consolatōnis spiritus diuidit' ab anima. De quo Richard?. Nichil in creaturis bac diuisione mirabilius cernit'. vbi illud quod essentialiter est vnum atq; indiuiduū. i seipsum ēdam ꝓticione secernitur. Anima enim quodāmodo quid animale est remanet. spiritus spirituale ⁊ ad summa euolat. et si ibi diu staret animalitas deficeret ⁊ corpus morere'. Unde Gregorius. v. moraliū capitulo. xcij. sup illud Job. xiij. Et cum spiritus me presente trāsiret inquit. Nobis pñtibus spiritus transit quā do inuisibilia cognoscimus et tamē hec nō solide: sed raptim videm?. Nec enim in suauitate contemplatōis intime diu mēs figitur. quia ad semetipsam immensitate luminis reuerberata reuocatur. Cunq; internā dulcedinem degustat amore estuat. ire sup semetipsam nititur. sed ab infirmitatis sue tenebras fracta relabit'. ⁊ magna virtute. pficiens videt quam videre nō possit hoc quod ardēter diligit. nec tamē ardenter diligeret nisi aliquaten? videret. Nō ergo stat sed trāsit spiritus. quia supnā lucē nostra nobis contemplatio ⁊ inbiantib? apparit et mox infirmātibꝫ abscondit. Tercia rō quia continuatio talis gustus proprium est beatis nō viatoribus. Quia dicit Gregori? super Ezechielē. Contēplantis hic amoris diuini flāmis aliquatenus ardemus. sed ibi plenarie ardebimus: vbi videbimus quem amamus. ignis enim eius in syon. id est in speculatōe vl' ꝓtēplatōe sz camin? in iherusalē. Is fit cum de cōtemplatione quis descendit in actionē. his etenim tūc vita ⁊ actio apparēt esse laboriosa. Tales etiam putant Ihesum esse in comitatu: quādo post gustum celestiū cōsummāt opera magis ardua. et intelligūt q̄ ex se non sufficiūt sine eius presentia ⁊ cooperatione. sicut Magdalena que pond? corporis christi volebat portare. Iohannis. xx. Si sustulisti eum: dicito michi vbi posuisti eum: et ego eum tollam. Sed tunc primo ꝓcipiunt se perdidisse eum quādo percipiunt difficultare in bono ope. ¶ Quibus christus absentat se triplici ō causa. Primo vt amor probet'. nam quāto a nobis deus dilector est: tanto in amissione maior dolor. Secundo vt desiderium augeat'. Gregori? Sancta desideria dilatione crescunt. et ani

mam capaciorem reddūt. Tercio ut gra ma iorē. Johannis. xvi. Expedit vobis vt ego vadam. quia alias mēs tali dulcedine con/tenta que modica est ad futurā gloriam mi/nus vtilis efficerē sicut Petrus. Mathei xvij. Bonum est nos hic esse: nesciēs quid diceret. Sed quādo subtrahit se: tunc actio laboriosior constantior labor et deo gratior et desiderij feruētius erigitur. Sed Jhesum taliter perditum tales sepe querunt inter cognatos et notos scilicet dum querunt satagere et sufficere sese credūt ad ardua opera per industriam proprie rationis vl' consortatio/nes humane consolatōnis vel laute cibationis. sed Jhesum minime inuenīūt. dum sic recurrūt ad vana et trāsitoria subsidia. Job xxviij. Non inuenīt in terra suauiter viuentium. Bernard? Delicata est diuina consolatio non datur admittētibus alienam. Nā sicut Petrus ambulās sup mare. Mathē. xiiij. cepit mergi quia dubitauit. sic et christ? fideles suos temptatōibus nōnunq̄m succūbere permittit docēdo q̄ omnē fiduciam in co habeant: et nichil de humane nature ratōne viribus cōsilio vl' auxilio p̄sumāt. sed reuertantur in iherusalez sicut Maria et Joseph Et ꝺ̄ fit cū i difficultate arduoz totaz spem in deum ponūt. dicendo cū psal. cxx. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium michi. Chrisostom?. Voluntas debet ad deum erigi et gratiam implorare. Nam sicut terra sine pluuia. sic homo sine dei gra

F Et quesierūt post triduum. Primus dies est cognitio effectuū exterior scz in creaturis. et eum querere per vestigia. de quo ad Romanos. i. Inuisibilia enī ipsius a creatura mundi p̄ ea que facta sunt intellecta cōspiciunt. Nam clarus est sol. clarior est eius factor. Si delectabil' est creatura multo magis creator. Bap. xiiij. Si virtutez et opera eorum mirati sunt. intelligant ab illis: quoniam qui hec facit fortior est illis. A magnitudine enī speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horz videri Sed sic quesitus non inuenīt. quia omne quod creatum est: potest hominē ad deum dirigere. sed nō deum presentare. Augustin?. v. libro confessionū Interrogaui mare celum solē lunam et stellas. Rñderunt. Non sum? deus tuus. ipse fecit nos et nō ipsi nos Sunt enīz quasi radij sui splendoris et bonitatis de quo Bernardus super Cantica. Tanta formaruz varietas in rebus creatis quasi quidā radij diuinitatis. Secund? dies in quo querīt: est inuestigatō p̄ scripturas. Johānis. v. Scrutamini scripturas. quia vos putatis in ipis vitam eternam habere. et ille sunt que testimoniū phibent de me. nam scriptura sacra ē lux demonstrās nobis viaz. Propter quod dicit Dyonisius libro. i. celestis gerarchie. Impossibile est nobis lucere deum et lumen diuinum. nisi sub velamīe scripturaz. Jō dicit Chrisostom? sup Mathēū sup illo verbo Omnia parata sunt. in sacra scriptura reperiunt oīa salutē concernētia. ignorās inuenit quod discat. cōtumax quod timeat laborās quod sperat. querēs q̄d desiderat. Et sic qui querit inuenit eū quem quesiuit in medio doctorum G Tercius dies in quo queritur est imago tua et anima tua. Quia dicit Augustin? de spiritu et anima. Inter res a deo factas aīma est deo proxima. Et ergo in anima est querēdus dicendo cū sponsa canticoz. iij. Surgam et circūibo ciuitatē. id est aīam p̄ vicos et plateas q̄ram quē diligit anima mea. Per ciuitatē ꝺ̄ fit q̄n seipsam diligēter inquirit q̄d sit p̄ culpā. quid fuit p̄ gratiaz aut q̄d sit p̄ negligentiā. q̄d p̄ repatōis bñficentiā. Tūc aūt querit p̄ vicos et plateas dilectū quē ōsiderat q̄n querit intra se q̄d afficiat suū affectū: quid ei? occupet intellectum. et sic querēdo inuenit se in rebus vanis occupari. et illoz turpi dilectōe affici: et quē querit dilectū minime inuenit. Tunc se quīt. inuenerūt me custodes ciuitatis. i. angeli. ps. xc. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in oībus vijs tuis. Illi inueniunt animā tali mō querentē quādo suis ministrijs succurrūt. Percusserunt me. id ē timorē diuinū incusserūt. Job. xi. Verebar oīa opa mea sciens q̄ nō p̄ceres delinq̄nti Vulnerauerūt me. scz iaculis compunctōis Tulerunt palliū meuz. id est facūt me oīa tēpalia respuere et cōtemnere. Ad philippenses. iij. Omnia detrimētū feci et arbitroz vt stercora vt xp̄m lucrifaciā. Quarta dies est transitoria transcēdere. Dyonisi?. Hoc fit cū p̄ mentis excessum homo ab omnibus

terrenis absolutis sursum fert ad diuini ful
goris supsubstantialē radiuz. et ibi inuenit.
Fortunatus. nequaq̄ deus deuote aīme se
applicat ⁊ inclinat. nisi totam se erigat in cō//
templatione. Ideo subdit in canticis. paulu
lum cū pertāsissem inueni. quem diligit aīa.
Paululū sunt omnia transitoria. que nichil
sunt ad comparatōnem dei ⁊ eternorū. tunc
inuenitur in medio doctoꝝ cum exultat ani
mus clarescit intellectus. cor letificat. mens
iocundat. desideriū bonū augmētatur. Hu//
go. Ille est dilectus anime qui visitauit te.
venit inuisibilis vt te tangat te moueat. nō
vt totus se infundat. sed vt gaudiū prebeat.
non vt desideriū impleat. sed vt affectū tra//
hat. et sic manet cum illis subditus eis. quā//
do eos conseruat in gratia. et perficit volūta
tes eorum. ipsis augendo virtutes cōtinuan
do vt finaliter ꝑseuerent. Et tunc implebit
in deuota anima illud Richardi de sctō vi
ctore. Ad omnē laborē hilarescit laborat nec
lasscescit. festinat nec deficit. lacerat ⁊ nescit
deridetur ⁊ non aduertit. qui talis hic Ihe//
sum inuenit.

Dominica prima post festum Epiphanie. Sermo. xxxvi.

Manifestauit Ihesus glam suam
Scribit Johis. ij. capitulo. Et
legitur in pñtis domīce euange//
lio. H Dicit Aristotiles.
q̄ causa cognoscit ꝑ effectū. Spiritualiter.
Sic christus deus qui ē causa omniū bonoꝝ
Johānis. i. Omnia ꝑ ipm facta sunt. ⁊ cog//
nitus est ꝑ effectus operum suoꝝ. Primo
in eo q̄ bonus est cognit⁹ ꝑ effectuz. Marci
vij. Bene omnia fecit. Secundo q̄ potens
quia mirabilia fecit. Luce. v. Repleti sunt ti
more dicentes. quia vidimus mirabilia ho
die. Tercio q̄ deus est. quia fecit magnalia
⁊ hominib⁹ impossibilia. Johānis xv. Si
opera non fecissem eis que nemo alius fecit.
peccatū non haberent. Dicit enim sanctus
Thomas ꝑte tercia. q. xliiij. articlo. iiij. Si
gna et miracula christi ordinabant ad hoc
vt virtus diuītatis in ipo cognosceretur ad
salutē. Et. q. xliij. articlo. iij. Miracla facta
sunt a christo propter confirmatōem doctri//
ne eius. et ad ostendendū virtutē diuinam
in ipo. Propter qd dicit Johis. x. Si non
facio opera patris mei nolite michi credere.
si autē facio: et si michi nō vltis credere ope
ribus credite vt cognoscatis et credatis. qa
in me est pater ⁊ ego in patre. Et sic primo
gloria diuinitatis cognoscebatur in christo
per effectū mirabilem. quia conuertit aquā
in vinū. De quo thema. Manifestauit Ihs
gloriam suam. ¶ In summa euangelij duo
innuūtur. Primo preparatio conuiuij nu//
ptialis. Scdo vocatio conuiuaꝝ salutaris.
Primū ibi. Nuptie facte sunt in chana ga//
lilee. Secundū ibi. et erat mater hiesu ibi.
De primo dicit. in illo tempe scz anno. xxxi.
etatis christi post ānū baptismi postq̄ Ihs
ostensus fuit testimonio Johānis dicentis.
Ecce agn⁹ dei stantis cū duob⁹ discipulis.
qui primo seq̄bant statim post Ihesum. et
vnus fuit Andreas qui inueniēs frēm suuz
Petrū dixit ei. Inuenim⁹ messiam. quod ē
interpretatū christus ⁊ adduxit eum ad ihe
sum. Johis. i. Post hoc secundo die xp̄us
vocauit Philippū dicens. Sequere me. et
statim secutus est eū. ⁊ Philippus adduxit
nathanael. Et sic tercia die quo dixerat Jo
hānes baptista. Ecce agn⁹ dei. tūc facte sunt
nuptie ī chana galilee. J Sz diceres
Cuius fuerūt nuptie. Rñdet Hieronimus
in prologo sup Johannē. q̄ Johis euange
geliste in his vbis: hic est discipul⁹ quē vo
lentē nubere vocauit Ihs a nuptijs. Hoc si
militer testat eccl'ia canendo ⁊ legendo. Jo//
hānes ihu xp̄i mltū dilecte vgo. Tu eius
amore carnalē ꝑentē reliquisti. Tu lene cō//
iugis pect⁹ respuisti messiā secut⁹. Ido dic
Amb. Non videt verisile q̄ Maria fuisset
ibi. nisi mltū attinuisset. De sponsa vero aliq̄
dicūt q̄ fuissz Maria magdalēa. sz nō vide
tur verisile: qr erat nobil ⁊ diues. Johes ve
ro fili⁹ piscatorꝫ ⁊ paup. Et pauptas in defe
ctu vini in nuptijs oñdit. Magdalēa igit cū
fuit diues ⁊ Martha ꝓuida nō neglexissent
q̄ vinū dfecissz. Et g̊ nō videt q̄ fuerit ma
gdalena. Attñ que fuerit euāgelista obticuit
idcirco nob de hoc q̄rere multū et sollicitos

esse nō licet. Sz.d.tamē Amb. dicit virginitas ē integritas corpis cū ꝓposito ꝑtinentie mētis.quō tunc Jobes exñs ygo voluit nubere ⁊ cōsentire in actū carnis. Rñdeť ꝙ nullo mō ꝓsensit absolute:sz spiritusco ꝓmisit vti Maria mē xpi. Unde xpus vocauit Jobem añ copulā carnalē ad dēsignduz id quod dic̄ mgr in.iij.di.xxvij. ꝙ vni psonarū licet etiā mōasteriū intrare ⁊ religionem eligere āte copulā carnalē. vt refert Hiero. de Machario:ꝙ machari⁹ inter xpi beremitas ꝑcipu⁹.celebrato nuptiaꝝ cōmunio cum vespe thalamū esset ingressur⁹ ex vxe egrediens trās matinā petijt ⁊ beremi solitudinez sibi elegit. Beat⁹ etiā Alexius simil̄r ex nuptys dīna grā vocatus sponsam deseruit Simil̄r legit̄ de fratre regis vngarie cui apparuit btā ygo vt legit̄ in miracul̄ de conceptione btē virginis. Et hoc est vez ante cō summatōem matrimonij. Ratio qz dic̄ sanctus tho. in q̄rto dist. xxvij.q.i.ar.iij.questiuncula.ij.in responso principali. Sic duplex est cōiunctio matrimonij .sez spūal' ⁊ carnalis. Spiritualis fit ꝑ ꝓsensum animoꝝ q̄ matrimoniū incipit ⁊ inchoat.carnalis ꝑ cōmixtionē sexuū q̄ matrimoniū cōsūmat.xxvij.q.ij.c.Qua ꝓpter. Sic duplex est mors dissoluēs hanc duplicē cōiunctionē sez spūal' et carnalis. Spūalis qua hō morit̄ mundo. ꝑ ingressuz sez religionis.hec soluere potest cōiunctōez spūalem q̄ est in mātimonio inicia to. Sed mors carnis soluit cōiunctiōez carnalē ⁊ matrimoniū cōsummatū. Idcirco matrimoniū inchoatū pōt solui ꝑ ingressum religiōis vl' ꝑ emissionē solennis voti castitatis in manus ꝓlati quasi astringēdo se alicui religioni. Illa vo ꝓsona que in seculo manet: potest cōtrahere cū alia: vt dicit sanct⁹ tho. sup q̄rto vbi sup̄.q̄stiuncula.ij.in responso principali.⁊ habet̄ in canone de cōuer. cōiugali.c.vez. R ¶ Item dicit tercia die nuptie facte sunt ad dēnotādum ꝙ tres speciales dies id ē conditōes requiruntur ad digham cōtractionem matrimonij. Primus dies est publicatio corā ecclesia: vt habet̄ in canōe.xxx.q.v.c.ij.null⁹ fidelis cuiuscunq; cōditionis sit occulte nuptias faciat.sed accepta bñdictione a sacerdote publice nubat in dño. Et bē de clādestina desponsatiōe.c. cum inhibitio.vbi dicit̄.Clamdestina mātimonia pēnit⁹ inhibem⁹ ꝓhibentes etiam ne ḋs sacerdos talib⁹ interesse ꝑsumat. Glosa. Clādestinū matrimoniū est qđ fit nondū ꝑmissa denunciatōe ꝓpter impedimētum. Et alijs duob⁹ modis :videlicz cū non habent̄ testes.⁊ quando nō fit cuz solennitate.vide ibidem de cōiugijs tam clā contractis.vide xxx.q.v.ca.Si quis.§.hijs ita.vbi dicitur ꝙ talia nō negantur esse cōiugia. nec iubent̄ dissolui.veruntamē ꝓhibent̄. ⁊ quare vide ibidem. Scōs dies ꝙ dz fieri ꝑ verba clara et mānifesta ⁊ de ꝑnti vt duco te in meā. Hāc dicit sctūs Thomas in quarto dist.xxvij.q.i.arti.ij.questiuncula.ij.in responso principali. Cōsensus tacitus interior solus nō facit mātimoniū sed requirit̄ exp̄ssio verborum omne enī sacramētum est res sensibilis.hec autez exp̄ssio fit cōuenientissime per verba de presenti si saltē possunt loqui.nichilominus potest fieri ꝑ lras inter ꝑsonas absentes vl' per amicos inter mutos. ⁊ qđ dicit̄ de spon.c.tue fraternitati ꝙ mātimoniuz in veritate cōtrahit̄ ꝑ ꝓsensum viri ⁊ mlieris legitimū Et h̄ vez est q̄ntū ad hoc ꝙ talis consensus causat verbi exp̄ssionē. Uñ sicut ⁊ ibidē sub dic̄. Necessaria sunt q̄ntū ad eccl̄iam verba cōsensum exprimentia quantū ad potentes loqui.vl' signa ⁊ nutus quātum ad mutos ⁊ hoc respicit id qđ supra dicebat̄ legittimū. vt patz in Glo.sup eodē capitl'o Et ñ debēt esse verba sophistica et deceptoria. ¶ Sz.d.quid tūc de his qui circūuenūt ygines ⁊ mlieres ꝓmittēdo ore ⁊ denotādo cor de solū vt fallant̄. Rñdeť nō est mātimoniuz corā deo sz corā eccl̄ia.et tales informādi sūt vt de nouo cōsentiāt ⁊ copulent̄. Qui autez aliqñ copulant̄ ⁊ nō ꝓsentiūt corde: sed solū ꝓpter pntes annuūt se copulari.piculosū est de talib⁹.nam nō est matrimoniū interim ꝙ nō est ꝓsensus.⁊ signanter si repugnāt. Sz diceres.quid tunc de his qui tacēt ⁊ non respondent. Rñdeť.q tacet cōsentire videtur. vt habet̄ de ꝑsump. Nōne.⁊.xxvij.di.c.dia conus. Tercia dies est cōscientia serena per confessionez clarificata ut non sit in peccato mortali. Dicit enī sanct⁹ Thōas in.iij.dis. xxvi.ꝙ illis qui ꝓtrabūt digne sez intentiōe ꝓlis ad cultū diuinū,procreande dat̄ h̄ sacrū

in remediū ad excusandū coitū. ꝛ facꝫ illō eē
venīale vl' etiā nullū pctm vel eē meritorū.
qō alꝫ essꝫ mortle. Dicꝫ enī dist. q̄ supra. q. i.
arti. iiij. q̄ actꝰ matrimonial' sp̄ est pctm. vl'
meritorī? in eo qui grāꝫ hꝫ. Si enī ad actū
mīmonialē virtus inducat. vl' iusticie vt de
bitū reddat. vl' religionis vt ꝓples ad cultuꝫ
dei ꝓceed' est meritorī?. Si aūt moueat libi
do sistens infra bona mīmonij: vt sꝫ nullo
mō ad aliā accedere vellet ē pctm venīale. si
vero extra bona mīmonij efferat' vt sꝫ cum
quacūq; mlīere id facere ꝓponeret est pctm
mortle. Ut aūt matrimoniū meritorū sit hꝫ
nō pōt esse sine dono grē. q̄ vt elicit' ex sctō
Tho. in. iiij. di. xxxi. q. ij. arti. i. ꝛ. ij. in rñsis
principalib'. ad actū meritorū tria req̄runt'
sꝫ status merētis ꝛ forma intentōis ꝛ bone
stas opis. hec oīa pñt esse in actu cōiugali
qui fit in caritatē ꝛ intentiōe ꝓfis ꝓceande
ad laudē dei. vl' intentōe reddendi debitū. iō
actus iste p̄ fieri meritorī?. cū ad ip̄m perti
neat vꝫtus iusticie. sꝫ vt debituꝫ reddat. vel
virtus religiōis vt ꝓples ꝓceed' ad laudem
dei. Ideo aug?. ō bono cōiugij. Redde debi
tum ꝛ ꝓsanctificatiōe reputabit' tibi. ¶
Hꝫ. d. quid si exigit' in festiuitatib' vl' die
bus ieiunioꝝ. Rñdet' exact? sp̄ dꝫ reddere:
nisi caute ꝛ sine adulterij ꝑiculo possꝫ differ
re. q̄ dicꝫ Apls. i. Corin. vij. Mulier sui cor
poris ptātem nō hꝫ sed vir. simlr vir pote/
statez sui corpis nō hꝫ sed mlr. Ideo subdit
apls ibidē. Nolite fraudari inuicē nisi forte
ex consensu ad tps vt vacetis orōni: ꝛ iterū
reuertimini in idip̄m ne temptet vos satha
nas ꝓpter incōtinētiam vestrā. Et hieroni
m? in sermōe. ꝛ hꝫ. xxxij. q. iij. c. i. Sciatis
frēs quoniā quicūq; vxoꝝ debitū reddit va
care non pt orōnib' nec de carnib? agni co
medere debet. Aug. ꝛ habet' ibidē c. ij. Quo/
tiēscūq; aut dies nataꝝ dñi aut relique fe/
stiuitates aduenerint nō solū ab infidelium
cōcubinaꝝ ꝓsortio. sꝫ etiā a ꝓp̄ijs vxoribus
abstinere debem?. Amb. in sermōe q̄dam de
aduentu dicit. Etiā diebꝫ ieiunioꝝ a ꝓp̄ijs
vxoribꝫ abstinēdū. et hꝫ vbi sup̄. c. iij. ꝛ iiij.
Et de illa materia ibidē conseq̄nter plenius
videre poteris. ꝓpter quod dicit Ruptus
volgot. Quando vnū illoꝝ duoꝝ mouet cō
iuges ad actum matrimonialē sꝫ religio pro
lis vel iusticia reddēdi debitū. tūc talis actꝰ
semp̄ est meritorī?. g̃ requirit' q̄ hō etiā sit i
statu merēdi sꝫ in grā sine mortli pctō. Hꝫ
diceres. tamē dicꝫ Hiero. ꝛ habet' in canone
xxxij. q. ij. connubia q̄ i illo tpe recedit sp̄ns
etiā a ꝓphetis. ibi rñdet sctꝰ Tho. q̄ hoc est
verꝫ q̄ ad actū ꝓphetādi. ñ aūt merēdi. q̄ pt
meritorie fieri ¶ Tūc deinceps denomi
nat locū nuptiaꝝ dicēs i cbana galilee. Cha
na interp̄tat' zelus. id est amor. q̄ in amore
debent viuere. Est aūt zelus tripler. sꝫ inor
dinatus tepidus ꝛ ordinat?. Primus inor
dinatus q̄n sꝫ ē nimi?: est zelotbipia. sꝫ cū
diligūt se solū ꝓpter fedā delectatōez carnis
Hic zelus ꝓhibet'. Eccī. ix. Nō zeles muli
erem sinus tui ne oñdat sup̄ te maliciam do
ctrine nequā. Et hꝫ fit cū sentit se diligi soluꝫ
ꝓpter carnis delectatōem ꝛ formā decoram
Nam tūc petit dñationē in virū. Eccī. xxvi
Dolor cordis ꝛ luctus mlr zelotbipa. Señ.
Amor deformis est obliuio rationis. Ideo
Eccī. ix. Propter spēm mulierꝫ mlti ꝓcer.
et spēm mlieris aliene mlti admirati repro/
bi facti sunt. Nam herodes ꝓpter herodia/
dem ꝓsecut? est frēm ꝛ occidit Johānez. Et
sic hodie multi diligūt mlieres ꝓpter fedaꝫ
voluptatē. ꝛ hoc mulieres cōsiderantes blan
dicijs ꝛ minis extorquere nitūtur et habere
volunt sp̄ciosa ornamēta ꝛ mltiplicia quib?
viros vsq; adeo ercoriāt: vt nōnunq; depau
perent' ꝛ efficiant' raptores latrones ꝛ fures
Et hic talis amor mltū detestabil' est. Nam
mulier fornicaria ꝛ adultera ita diligit'. Di
cit enī Hieto. ꝛ hꝫ in canōe. xxxij. q. iij: ori/
go. Et est hiero. cō iouinianū. Nihil est fe/
dius q̄ vxorē amare q̄si adulterā. Et ibidē
Sextus in sentētijs ait. Adulter ē in suam
vxorē ardētior amator. in aliena quippe vxo
re omis amor turpis ē in sua nimi?. Jō leo
papa. Ducere pulcrā nō est pctm dū nō que
ris carnis voluptatē in illa sed vtutē. Eccī.
xxvi. Gratia sup̄ grām mlier sancta et pudo
rata. Ideo docet Chrisꝫ. Juuenis si vxorem
ducere volueris: noli q̄rere diuitē sꝫ bñ mo
rigerataꝫ. q̄ boni mores faciūt diuitias. sed
diuitie nunq; faciūt bonos mores. Glosiosi
or ē pauꝑ morigerata q̄ diues ip̄udica. Ꝓ
uerbioꝝ. xiij. Sapiens mlr edificat domū
suā insipiēs exstructā quoq; mānb' destruet

Dcōs zelus ē tepidus. scz cū vna persona scit vl' nouerit aliā fornicantē vl' adultrantē ⁊ dissimulat. ille nō est verus amor vt scribit' in canōe. xxiij. q. v. Nō putes. non ē amor sed lāguor. vbi prauī mores ñ corrigūtur. Cū q̄s marit⁹ corrigere debeat vxorem suā: nō tñ dz in eā seuire. vt bē' d' quer. cōiuga. c. duduū. De correctōe adultere dic' Crisō. sup Matth. ⁊ bē'. xxxij. q. i. c. sic crudel' fatuus ē ⁊ iniq⁹ qui retinet meretricē. pro uerb'. xviij. Qui tenet adulteraz stult⁹ est ⁊ insipiēs. et plura vide. xxxij. q. i. capitul' seqntibꝫ. Aug. Done corrige ad deū currere noli cū eo pire. q⁹ scribit' puer. xxvij. Melior ē manifesta correctio q̄ amor absc̄ōdit⁹. Ter cius zel⁹ est ordinat⁹. De q̄ apl's. Viri diligite vxores vr̄as sic' xp's ecc̄iam. s. ordinate ꝓpter salutē. Ad eph'. v. vtez. Un⁹ q̄sq̄ vxorem suā sic' seip̄m diligat. Seip̄m aūt quisq̄ diligere dz ad salutem. sic ⁊ etiā vxorem Dz iam oppositū videt' in multis qui ita viuūt sic' cattus cū mure vbi enī nō est de⁹ ibi nō est caritas. Dicit enim Aug⁹. de laude caritatis. Caritas ita familiaris est deo vt ibi deus esse nolit vbi caritas nō fuerit. i. Joh'. iij. Deus caritas est. Et ista caritas q̄ debet inter eos esse figurat' in hoc q⁹ de⁹ formauit mulierē de costa viri. De quo Ambros⁹ in libro de padiso. ⁊ bē' in canōe. xxxij. q. v. nc illud. Nec illud ociosum est q⁹ nō de eadem terra de qua plasmat⁹ est Adam. sed de ip⁹ Ade costa facta sit mulier vt sciremus vnaz in viro ⁊ muliere corp⁹ esse naturā. Glosa dicit ibidē. Nō de pede formata est mul'r ne omīno videret' famula. nec de capite. ne omnino videret' dña. sed de costa a latere vt collateral' tanq̄ eq̄lis ⁊ sozor videret'. Attamē dicit Aug⁹. in lib'. questionū Genes'. ⁊ bē' in canone. xxxij. q. v. est ordo. Est ordo naturalis in hoibus vt femie seruiāt viris scilicz inlicitis ⁊ hōestis causis. Q⁹ dictū est Eue Gen̄. iij. Sub pt̄ate viri eris. Et ad ephe. v. Mulieres suis viris subdite sint sic' dño quoniā vir caput est mul'rⁱ. Que quidē subiectio figurat' in vitta siue velamie. De quo Jsidorus. lib'. ij. de officijs. ⁊ bē'. xxx. q. v. c. Femine dū maritant' ideo velantur vt noueriut se viris subesse. et hoc in caritate.

Qualis aūt illa matrimonial' caritas fore debeat figurat' in anulo: qui ꝓ arra de sponsatōis dat'. vt xxx. q. v. c. Nostrates. et c. Femine. Primo est vnicus ad designādū q⁹ amor dz esse vnic⁹ vnice. sed nūc quelibz vult br̄e seruitorē familiarē calamistratū crinibus et vestibꝫ muliebriter excultū. De qbꝫ Ouidi⁹. Sint procul a nob' iuuenes vt femine compti. Fine coli modico forma virilis amat. Et verendu⁹ ne houisatorē ⁊ viri sui corriualē. Cōtra q̄ dic' Amb'. in li. d' padiso Non duo viri facti a p̄ncipio nec̄ due mulieres. sz primū vir: deinde mul'r vnā naturā volēs ꝓstituere. Sedo anul⁹ est aure⁹. nam sic' aur̄ excedit alia metalla oīa: sic amor ille oēm amorē corpalē. Gen̄. ij. hoc ē os ex ossibus meis ⁊ caro de carne mea. Propter hoc homo reliquet patrem ⁊ mrēm ⁊ adherebit vxori sue. vbi Richardus de media villa. vir vxorē debet pl⁹ diligere: sz p̄ntes honorare. Tercio anul⁹ ē rotund⁹ ad designduz ꝑpetuitatē ⁊ stabilitatē amoris. Matth. xix. Quos deus ꝓiunxit hō nō sepat. Dic' enim Theodor⁹. ⁊ bē'. xxvij. q. ij. §. Hos autem. Matrimoniū est viri ⁊ mulieris cōiunctio individuā vite ꝓsuetudinē retinēs. De q̄. i. Corin. vij. Precipio non ego sz dñs vxorē a viro nō discedere. Et vir vxorē nō dimittat. Quarto anul⁹ iste in q̄rto digito locat' q⁹ dic' Jsid'. in li. de officijs. ⁊ bē'. xxx. q. v. c. Femine in fine. Eo digito vena sanguis ad cor ꝓgredit' ad, designdū q⁹ ille amor debet esse cordialis. nō verbo ⁊ lingua tñ: sz corde ⁊ ope ac veritate. i. Joh'is. iij. Filioli mei ñ diligam⁹ verbis nec lingua: sz ope ⁊ veritate. Quīto anul⁹ seip̄m deponere nō p̄t nec̄ digitus ille in quo est: sz altera man⁹ vl' digitus. Sic existentes in mr̄imonio cōsummato seip̄os nō possunt autoritate ꝓpria dimittere vt dic' Petrus de tharētasia sup. iij. sent. di. xxv. Nisi causa fornicatōnis quo ad thor̄ si ei ꝓstat de fornicatōe nō aūt q⁹ ad thorum ⁊ habitatōz simul' nisi iudicio eccl'e. Nā xxxij. q. ij. siue. §. in hoc capitulo bē'. Siue ob cām siue nulla existēte causa nō liceat alicui sua autoritate vxorē dimittere. Dico in matrimonio ꝓsummato. quia in matrimonio iniciato ingressus religionis p̄ votuz solenne castitatis separat. De quo Eusebius papa. ⁊ bē'. xxvij. q. ij. c. desponsatā puellā nō

licet pentibꝰ alteri tradere. licꝫ tñ illi mõaste rium ingredere. ℚ Dixi scõo innuit vocatio cõuiuaꝝ salutaris. cũ subdit. et erat mr̃ ihesu ibi. Vocatꝰ est aũt ihs ad nuptias et discipuli eiꝰ. Hic innuit qꝫ honeste psone ad nuptias sunt vocãde. Eccĩ. xlj. Si bñfeceris scito cui feceris. da bono. et nõ recepe ris peccatorẽ. Bñfac hũli ⁊ nõ dederis impio vt aliqui faciũt qui ioculatores recipiũt et paupes expellunt. Isa. v. Citbara ⁊ lyra tĩpanũ ⁊ tybia ĩ cõuiuijs vr̃is ⁊ opꝰ dñi nõ respicitis. Nã themelicis venatoribꝰ ⁊ hystrionibꝰ dare est demõibus imolare. Themelici dicunt qui in publicꝫ instrumẽtis cantant. l. athletas. ff. de his q̃ infa. no. De qbꝰ xcij. di. c. in sancta. Greg. Plerũqꝫ fit dum blanda vox q̃rit̃ egrua vita negligat̃. ⁊ deuꝫ moribꝰ stimulat qui pplm voce dlectat. De histrionibꝰ dic̃ Aug. sup iobãnẽ. ⁊ hr̃. lxxxvi. dis. c. Donare res suas histrionibꝰ viciũ est immane nõ virtꝰ. De venatoribꝰ idẽ ibidem. Qui venatori tribuit nõ homĩ donat: sed arti nequissime. Nã si homo tantũ esset non ei donares. honoras in eo viciũ non naturam. Propter qꝺ dñs docet in euãgelio Luc̃. xiiij. Cum facis cuiuiũ: voca paupes: debiles: claudos: cecos: ⁊ btũs eris. qꝫ bis si suppleueris defectũ vini poteris impetrare vinũ gratie. psal. ix. desiderium pauperum exaudiuit dñs. Uñ xps volebat eẽ in nuptijs. ad excludendũ errorẽ hereticoꝝ q̃ negauerũt nuptias tanqꝫ illicitas: vt Eraclite. Thaciani ⁊ marcioniste. Cõtra qs muebit venerabil̃ dñs Beda. Si nuptijs rite celebratꝫ culpa ineſſet nequaqꝫ xps adesset. Bernar. Omni spurcicia habenas larat qui nuptias damnat vt pfati heretici. Contra qs dicit apls. i. Corin. vij. Si accepis vxorẽ non peccasti. ⁊ si nupserit virgo nõ peccabit. Et illi heretici dicũt mulierẽ damnari si pregnãs vel in partu morit̃. quod est falsum. qꝫ deus honorauit mrem in mltis que cõtinent̃ in his metris. Autor postqꝫ locus temp⁹ salutatio virgo. Christus discipuli signũ factuꝫ quasi primũ. Expositõeꝫ horꝝ vlium vide in seqnti sermõe. ℞ Sciendũ qꝺ tres personę dscribunt̃ fuisse hic in nuptijs. scꝫ xps Maria ⁊ discipuli. ad notandũ qꝺ triplici de causa põt quis nubere vt dicit Isiõ. Primo, propter filiorꝝ generatõem. ⁊ illa de cã fuit mrimoniũ institutũ in paradiso. qꝫ dictũ est Ade et Eue. Gen̄. j. Crescite ⁊ multiplicamini. Et illa est potissima causa nubendi. et valde meritoria. Isidorꝰ. Matrimoniũ dr quasi matris munũ. i. officiũ. ⁊ Ambro. sup Lu. et hr̃ in canone. xxxij. q. ij. Pudor. Pudor est femis non habere pmiũ nuptiarꝝ. Et subdit. Qui g̃ nõ causa procreande sobolis sed explende libidinis sibi innicẽ copulant̃ nõ tanꝫ ꝓiuges qꝫ fornicarij videnť. innuens qꝺ pcipua causa nubendi dr esse intẽtio, plis. Glo. ibidẽ. Magnũ pmiũ est scꝫ mlieribꝰ cõcipere et conceptũ tueri ⁊ educare. Nã omẽs labores vigilia ⁊ dura vestigia remunerãtur et computant̃ tibi ad salutẽ. i. Thimo. ij. Saluatur mulier p filiorꝝ generatõem Et sic bis nuptijs adest ihs bñdictus fructus virginis et excusat̃ actus matrimonialis p hoc ab oi peccato. De quo august. de bono ꝓiugij Cõiugalis cõcubitus generãdi causa non habet culpam. Sed gratia cõcupiscentie faciande ꝓpter thorꝝ fidẽ venialẽ habet culpã. ⁊ hoc in exigente: in reddẽte vo nullam ℬ Secundo potest quis nubere ꝓpter solatiuꝫ: vt vnus alteri solaciũ exhibeat sin̄ aliqua carnali cõmixtiõe. ⁊ tle fuit mrimoniũ inter mariam ⁊ ioseph. Nam dic̃ mgr̃ in. iij. di. xxvi. c. vltio. ⁊ di. xxviij. c. vlti. Et dist. xxx. c. ij. qꝺ pfectũ fuit matrimoniũ dñi Maria ꝓfessit in maritalẽ societatem nõ in carnalẽ copulã De quo etiã vide. xxvij. q. ij. c. Institutum et seqntibus. ⁊ in. c. sufficiat: ⁊. c. Coniunx. Aug⁹. Perfectũ fuit mẽte: qꝫ p consensum contrahit̃ matrimoniũ: vt habet̃ de spon. c. ó francia. ⁊. xxvij. q ij. c. Sufficiat. et sic adest Maria vt vir infirmus possit cõtrahere ꝓpter solaciũ ac ministeriũ sibi exhibendum qꝫ scribit̃ Eccĩ. xxxvi. Ubi ñ est mlr ingemiscit egẽs. Tercio ꝓpter remediũ vt hõ excusetur a pctõ mortli ꝓpter fidẽ thorꝝ. qꝫ alias actus venere⁹ extra thoꝝ sp est peccatũ mortale. psal. lxxij. Perdes oẽs q̃ fornicant̃ abste. Ideo apls. i. Corin. vij: Uelꝰ ẽ nubere qꝫ vri. id est qꝫ concupiscẽtia superari vt vicioz incõtinentie cohibeatur De quo Aug: in libro ó bono ꝓiugij. et habet̃. xxxij. q. ij. scribit. Cõiuges sunt qui cã solius incõtinentie sibiinuicẽ copulant̃. Nam cõtinentia nõ est

omīb⁹ data. De quo Matth. xix. Nō oēs capiūt verbū istud. sed quib⁹ datū est sc̄z vt se castrarēt ꝓp regnū celoꝝ. sc̄z qui ꝑt capere capiat. nā est singulare dei donū. De q̄ sapiē viij. Nō possum aliter esse ꝯtinēs nisi deus det. ideo Aug. Dā ne iubes ꝯtinētiam: da q̄ iubes: & iube quidq̄d vis.

De eadem dominica

Sermo. xxxvij.

Nuptie facte sunt in Chana galilee. Joh. ij. In summa euāgelij tria innuūt. Prīo quinq̄ nuptiarū celebritas. scō loci ꝯgruitas. tercio quinariꝰ dignitas. Primū ibi nuptie facte sūt. Secundū ibi. in chana galilee. Tercium ibi. et erat mr̄ iesu ibi. De primo dic̄. nuptie facte sunt. ¶ Nota ex q̄ hoc euāgeliū fac̄ mētionē de mr̄imonio: tūc pl̄a sunt ꝓsideranda in ꝫ statu. Cōsuetū est nāq̄ religiosi ad mi⁹ sol. in āno legere regl̄am sic & expedit ꝓfectis in ordīe matrimoniali vl̄ volētib⁹ intrare in hūc ordīez tribulatū iura & legē mr̄imonij ſm q̄ vl̄ quā vitā suā instituētes iuste et sancte apō deū. honeste & laudabil̄r apō homīes. honorifice & reuerēter apō seipos viuere valeāt. Et dixi tribulatū. De q̄ tribulatiōe loquit̄ apl̄s. i. Corin. vij. Tribulatōez carnis hēbūt hmōi. Que tribulatio ꝑfigurat̄ p vinū & aquā. i. penalitates & gaudiū tēporale. ysa. i. Vinū tuū mixtū est aq̄. Attamē xp̄s in cōuiuio nuptiali mutauit aq̄m i vinū sic oīs eoꝝ tribulatio mutabit̄ in vinū cōsolatōis si ordīate viuēt. vt possint dicere cuz psal. xciij. Scōm mr̄titudinē dolorū meoꝝ i corde meo ꝯsolatōes tue letificauerūt aīmaz meā. Ut igīt ꝯsolatōem ꝯseqūt dic̄ Ruptus holgot sr̄ Sapie. Accedēs ad matrimoniū vir q̄tuor dz notare circa vxorē. Primo q̄l̄r eligenda. Scō q̄liter corrigēda. Tercio q̄liter dirigenda. Quarto qual̄r diligenda. De primo sc̄z qualiter sit eligēda. q̄ discrete nō subito nec p̄cipitāter rapienda. tal̄ enī feruor in principio parit penaz in futuro Exemplū genes. xxxiij. de Sichem filio Emor qui ad p̄mū respectū dyne filie Jacob eā rapuit & p tāto amore lāguit & mori voluit nisi eā ducere posset: q̄ & fec̄ tāto feruore insaniēs q̄p e⁹ amore se & ꝓpm̄ suū circūcidi p̄misit: ob c⁹ facti p̄cipitatōem interfect⁹ est cū oīi ꝓpl̄o suo p fres dyne. Nō igīt in eligenda vxore habeat̄ respect⁹ tal̄ ad formā vl̄ ad speciē mr̄icis. Seneca. Amor forme mulieris est oblivio rōnis. Eccl̄i. ix. Propt̄ speciē mulieris mr̄ti perierūt. nec ad diuitias. sed ad bonos mores. prouer. xiij. Sapiēs mr̄ edificat domū suā. insipiēs extructā q̄z mānibus destruet. ¶ Sed diceres. Est ne pctm̄ q̄ hō eligit pulcrā vl̄ diuitē. Rñdetur Si iste sunt cause secūdarie dūmō principaliter intendūt. plem vl̄ vitare fornicatiōem nō est pctm̄. Si aūt principal̄r intēdit pl̄critudinē ꝓpter fedā delectatōz vl̄ pecuniaz ad sitim auaricie saciandā & sedandā: iste appetit⁹ posset esse ita accēsus & intēsus q̄ eēt pec catū mortale. De pulcritudine bī. geñ. xxix. vbi Jacob videns q̄ rachel esset pulcra dixit ad Laban. septē annos seruiā tibi p Rachel. De diuitijs fit mētio. xxxij. q. ij. solz q̄ri. vbi de cōcubinarijs dr̄. Si aliquā sibi ad temp⁹ adhibuerit donec aliā dignā honoribus vl̄ suis facultatib⁹ inueniat. i. diuitijs. q̄ multa sunt onera mr̄imonij ꝓ q̄b⁹ sustentandis requirit̄ pecunia & expensa. vt habet̄ de dona. ꝓpter nuptias. c. p litteras. & xxx. q. v. c. nullū. vbi dr̄. Nullū sine dote fiat cōiugiū De quo ibidē in pl̄ibus. c. Idcirco p̄suppositis causis principalib⁹ vl̄ vna illaꝝ p̄suppositā melius ē ꝯtrahere cū ꝑuge morigerata q̄z cum diuite nō ꝓbata in moribus. Unde Valer⁹ maxim⁹. li. vi. c. ij. de sapienter dictis aut factis. Unice filie p̄ Themistocles ꝯsulebat. vtꝝ eā paupi sc̄z ornato. an locupleti parum probato collocaret. Cui is. Valo inq̄t virū pecunia q̄z pecuniā viro indigentē Quo dicto stultū monuit vt genez potius q̄z diuitias generi legeret. quasi diceret. vir paup & discret⁹ debitis laboribus cū modica substantia poterit vxorē suā nutrire: sed pecuniosus & indiscretus etiaz habita cito perdit. & sic nc̄ sibimetipsi nc̄ illi tādē poterit subuenire. sic etiaz eligenda est bona & morigerata q̄z diues et indisciplinata. Eccl̄i. xxvi. Mulieris bone beat⁹ vir. numer⁹ enim annorum illoꝝ duplex. Naz intantū est gratiosuz bene nubere q̄ teste Salomōe donū dei ꝓprie reputat̄. puer. xix. Domus et diuitie

dank a pentib⁹.a dño aũt ꝓprie vxor prudẽs
Econuerso vero ibiꝫ scribit. Tecta iugiter
pstillantia litigiosa mlr.qz nõ bz requiẽ.p⁹
uerb.xxi. Veli⁹ ẽ bitare in terra deserta q̃
cũ mliere rixosa ⁊ iracũda.iõ eligẽda ẽ discre
ta.puer.xvij. Qui iuenit mulierẽ bonã inue
nit bonũ:⁊ hauriet iocũditatẽ a dño Qui ãt
expellit mulierẽ bonam expellit bona. ✠
Scõo videndũ est q̃liter sit dirigenda .qz
mãsuete ⁊ nõ cũ tirãnica austeritate.vbis ⁊
nõ verberib⁹.amore nõ dolore.dulcedine nõ
amaritudine.Colocẽ.iiij. Viri diligite vxo
res vras ⁊ nolite esse amari ad illas.Cõtra
hoc faciũt q̃ nunq̃ aliq̃ verbũ amicabile lo
quunt suis vxoribꝫ. Jaco.iij. Ubi zel⁹ ⁊ con
tentio ibi incõstantia ⁊ oñe op⁹ prauũ. Eccl̃i
iij. Fili in mãsuetudine opa tua pfice. et sup
hoim gl̃iam diligeris.ps.xxxvi. Mansueti
hereditabũt terrã. Tercio videndũ est qua
liter corrigẽda qz secrete nõ cũ pfusione vel
verecũdia.nõ publice vel ꝓtemptibiliter.sic fe
cit sctũs Job.qui vxorẽ suã licz pessimã ar⸗
guebat secrete ⁊ modeste. Quasi inq̃t vna ẽ
stultis mulieribꝫ locuta es. Job .ij.nõ dixit
q̃ sint stulta sz q̃i vna ex stultis.Ecce secre⸗
te arguebat ⁊ discrete Crisᵗ.Occltũ peccatũ
in publico arguere nõ ẽ corripe sz diffamare
Hiero. Boni rectoris ⁊ correctoris est vt
magis studeat p pietatẽ errorez euellere q̃
p austeritatẽ in foueã indignatõis ⁊ ranco⸗
ris ꝓpellere. Jõ ad Heb.ix.dr: q̃ in arca te
stamẽti erat mãna ⁊ virga Aaron. Dic̃ gre
gor⁹ in pastorali ad designandũ q̃ in corde
correptoris dz esse virga correctõis ⁊ mãna
dulcedinis. Et dr̃ in canone.xlv.di.c.Licet
Et sunt vba Leõis pape.licz nõnunq̃ acci
dat q̃ in talibꝫ sũt reprehendẽda pson⁹.pl⁹
tñ erga corrigendos agat benivolẽtia q̃ seue
ritas.plus cohortatio q̃ ꝓminatio.pl⁹ cari
tas q̃ potestas. ✠ Quarto videndũ est
qualr sit diligẽda: qz ꝓplete. ista completio
caritatis ⁊ amicicie inr viz ⁊ mulierẽ dz cẽ
triplr vt exꝑssit apls ad Eph̃.v. Dño p di
lectõem xpi ad eccl̃iam q̃ fuit mater.dicens.
Viri diligite vxores vras sic xps dilexit
eccl̃iam:⁊ seipm tradidit p ea. Scõo p dile
ctionẽ viri ad corp⁹ ꝓprium dicẽs. viri debent
diligere vxores suas vt corpa sua. Tercio p
dilectõem viri ad seipm.ibi vnusq̃q̃ vxorẽ
suã sicut seipm diligat. Et h̃ innuit in scõo
mẽbro in q̃ viri.scõo innuit loci ꝓprietas.qz
nuptie facte sunt in chana galilee figuraliter.
Chana interpr̃tat zelus id ẽ amor.ita q̃ vna
psona aliã nec vbo nec facto cõtristari debet.
Unde multa sunt q̃ viros ad talẽ amorem
vxor inducere dñt.primũ xpi exemplaritas
ad Eph̃.v. Viri diligite vxores vras sicut
xps eccl̃iaz. Hec silitudo pt attẽdi in duobꝫ
Primo sic xps fudit sanguineũ sudorẽ pro
eccl̃ia.sic tu debes effũdere sudorẽ vt nutrias
vxorẽ.Gen̄.iij. In sudore vult⁹ tui vescẽris
pane tuo.dixit dñs Ade ⁊ nõ Eue. Hoc est
cõtra aliq̃s qui volunt de vxoribꝫ bñ viuere
ꝓpellentes nõnunq̃ ad questũ illicitũ.quib⁹
deus inuñxit vt in dolore pareãt filios. Se
cundo ẽ silitudo in hoc q̃ xps ꝓ salute eccl̃ie
mortu⁹ ẽ.et sic tu debes ꝓsiderare salutẽ vxo
ris tue. Scõm mouẽs ad dilectõem coniu
gis ẽ corpis vnitas. Matth.xix. Erũt duo i
carne vna.qz corp⁹ mulieris est corp⁹ viri:
prima Corin.vij. Mulier sui corpis ptãtem
nõ bz:sed vir.vñ dz eam amare tãq̃ corp⁹
ꝓprium. Ad eph̃.v. Viri dñt diligere vxo⸗
res suas vt corpa sua.subdit ibidẽ qui vxorẽ
suã diligit seipm diligit. nemo enī vnq̃ car
nem suã odio hũit sz nutrit ⁊ fouet eã. ⁊ sic
viri vxores quia vnum corp⁹. ✠ Ter
cio est arboris ꝓformitas. Hã vir ⁊ mlr sũt
velut vna arbor.sic planta ⁊ ram⁹ qui plante
inserit vnã arborẽ efficiũt. ⁊ vnũ fructũ fe⸗
runt ⁊ neuter eoz est sufficiens ad ferẽdum
fructũ illũ.sic nec vir nec mlr sufficiẽt ẽ ad ge
nerandũ ꝓlem.⁊ q̃ dñt amore inuicẽ adhe⸗
rere sic ramus adheret plante. Mat.xix. Jã
non sunt duo sz vna caro. Quartũ est penes
diuisibilitas.qz vir ꝓpr vxorẽ relinq̃t patrẽ
et mrem ⁊ oes ꝓpinq̃s ⁊ adheret ei. ⁊ econ
tra vxor viro.gen̄.ij. Propr h̃ hõ relinq̃t pa
trẽ ⁊ mrem. Uñ vir infidelr agit si hãc non
amat:cũ scribit Eccl̃i.xxxiij. Si est tibi fu⁹
fidelr sit tibi q̃i aia tua:mlto magis vxor fidelr
q̃ tibi a deo datr. puer.xix. Dom⁹ ⁊ diuicie
dank a pentib⁹.a dño ãt ꝓprie vxor prudẽs
Quintũ mouẽs ad dilectõz est amicoz ⁊ cari
tas. videlicet q̃ cõsanguinei cõiugũ ꝓpter
iugũ eoz mutuo se amẽt. Uñ q̃q̃ patria
tota ac regio ad cõcordiã reducit ꝓpr duas
psonas matrimonialiter cõiunctas. Unde

tis peccata ⁊c̄. Johan.xx. premisit. Accipite
spiritūsanctū. vt euidenter cūctis ostēderet
eū qui spiritūsanctū nō habet peccata nō pos
se tenere vel remittere. hec ibi. Secundo ho
die debent gaudere tristes. quia datus ē ho
die paraclitus.i. consolator. Dic̄ nāq̄ Au/
gustinꝰ. Talis est gratia spiritussancti. si tri
sticiam inuenit consumit ⁊ dissoluit. Tercio
gaudere debent iusti. quia hodie datus est il
le in quo omnes iusti saluant̄. Unde Augꝰ.
Sine gratia spiritussancti nec infantes. nec
etate grandes salui fieri possunt Quarto est
festum dilectionis. quia spiritussanctus est
amor patris ⁊ filij. vt dicit magister.i. sn̄iaꝝ
dis.x. cū inquit. Deus ergo spiritussanctus
qui ꝓcedit ex deo significat̄ vbi legit̄ deꝰ di
lectio est. ⁊ dilectio ex deo est. Ecce his verb̄
aperte dicit Aug. spm̄sanctū esse charitatez
p̄tris ⁊ filij. Et Aug.xv. de trinitate. Si cha
ritas inquit qua pater diligit filiū ⁊ patrem
diligit filius ineffabilē ꝯmunionē d̄mōstrat
amborū. quid conuenientius q̄ vt ille ꝓprie
dicatur charitas qui spūs est cōmunis am/

bobus. Et ibidem. c. xvij. sicut ⁊ magister al-
legat vbi supra in. xvij. di. inquit Aug. De⁹
igitur spūssanctus qui procedit ex deo cū da
tus fuerit homī accēdit eū ad diligenduz de
um ⁊ ꝓximū. et ipe dilectio est. nō enim ha-
bet homo vnde diligat deū nisi ex deo. Ido
inquit apl's Roma. v. Charitas dei diffusa
est in cordib⁹ nostris ꝑ spm̄sanctū qui datus
est nobis. Sup quo verbo Aug. de spiritu et
litera. vt etiā allegat mgr̄ vbi supra inq̄t Un
de est dilectio nisi vnde et ipsa fides .i. a. ss.
Nō esset enī in nobis nisi diffunderetur in
cordib⁹ per spiritūsanctū. Charitas autē dei
dicta est diffundi in cordib⁹ nostris. nō qua
ipe nos diligit sz qua nos facit dilectores su
os. Ad quoꝝ verboꝝ determinationē mgr̄ ī-
stat ⁊ videtur d̄ mēte ipius sicut ⁊ ꝓbare ni
titur. ꝙ charitas qua nos mutuo ⁊ deū dili-
gimus sit eadem charitas cū charitate qua
pater filiū ⁊ filius patrē ⁊ nos deus diligit.
scz. ss. sed in hoc cōmuniter nō tenet̄. Et hec
est de qua thema. Si quis diligit me sermo
nē ⁊c. ¶ In quib⁹ verbis duo innuūt̄.
Primo premittit charitatē quā deus a no-
bis exigit. ibi. si quis diligit me. Scdo sub-
iūgit vtilitatē que prouenit de charitate. ibi
ad eū veniemus ⁊c. De prīo dicit. Si quis
diligit me. notāter dicit. si quis ꝓpter tria.
primo ꝓpter cōmunitatē. scdo ꝓpter raritatē
tercio ꝓpter incertitudinē. Primo dic̄ si q̄s
ꝓpter ꝯmūitatē. qꝛ gr̄a spūssancti est ꝯmūis.
vt hr̄ de cōse. di. v. c. ne quēq̄. Spūssanct⁹
nō dimensuratur sed sup credētes tot⁹ īfun
ditur. Nā si dies om̄ib⁹ equaliter nascit̄. ⁊ si
sol sup om̄es pari luce equaliter diffunditur
q̄to magis xp̄s sol ⁊ dies verus in ecc̄ia sua
lumē vite eterne pari eq̄litate largit̄. Quasi
diceret. Sicut sol equali luce sup oēs irra-
diat. sic gratia dei q̄tū ex se est nos oēs illu
minat. qꝛ vt hr̄ Act. x. In veritate cōperi. qꝛ
nō est acceptio ꝑsonarū apud deū. vnde ī ca
no. vbi supra. Cuius equalitatis sacramētū
videmus in exodo esse celebratū cū de celo
mā̄na defluer et. et futuroꝝ prefiguratōe ali
mentū panis celestis ⁊ cibū xp̄i veniētz ostē
deret. Illic enī sine discrimīe vel sexus vel e-
tatis gomor singuli equaliter colligebāt. vñ
apparebat xp̄i indulgētiā ⁊ celestē gratiā p⁹
modū secuturā eq̄liter om̄ib⁹ diuidi ⁊ sine se
xus varietate. sine annoꝝ discrimīe. sine ac-
ceptōne ꝑsone sup omnē dei ꝓpl'm spūal' dei
gr̄e munus infundi. nā de⁹ nulli se negat. vt
dicit Dyo. Deus est summū bonū suꝑpius
cōmunicatiuū. Ideo d̄r Cañ. ij. Ego flos cā
pi. nō flos orti. Nam sicut flos cāpi est īcir-
cūseptus ⁊ ꝯmunis. sic gr̄a spūssancti. d̄ quo
Iohelis. ij. Effundā de spū meo sup omnez
carnem. Dicit Anselmus. Homo ⁊ si nō ha
bet gratiam non ideo non habet quia de⁹ nō
dat. sed qꝛ hō non recipit nec se ad eā recipi
endā disponit O q̄ fatue facit peccator in h̄
sicut paup ⁊ inops cui cū offert̄ munus nō
vult apire manus ad recipienduz illud. quo
si postea caret nō est culpa dātis sz recipere
negligentis. Secundo talis se habet sic̄ esu-
riens. cui dum offertur cibus nō vult aperire
os suū. Tercio habet se sicut vinctus cui dū
aperitur carcer exire non vult. nec fore li-
ber. Quarto habet se sicut infirm⁹ cui offert̄
medicina ⁊ nō vult sanari. Et sic negligētia
sua nōnūq̄ pctōres indignos se faciunt gr̄a
spūssancti. Nā s̄m Aug. in li. de pñia. Pre
sto sp est gr̄a si nō fuerit repulsa. nā deus qd̄
suū ē cōtinue inspirat si est qui recipiat ergo
ꝓpter cōitatē dicit. si quis vir vel mulier. di-
ues vel paup. nobilis vel ignobilis ⁊c. Nam
dicit apl's Ro. x. Idez dñs oīm diues ī oēs
q̄ inuocāt eū Aug. de sex q̄stionib⁹. Nulli vn
q̄ defuit qui dignus fuit. Et dicit Aug⁹. de
baptismo ꝑuuloꝝ. Cur ad istū veniet ⁊ ad il
lū nō occulta cā eē p̄t iniusta eē nō p̄t. Scdo
dicit si quis ꝓpter paucitatē qꝛ pauci sunt q̄
eū querūt vt accipiāt. quod ꝯqueritur apl's
Philip. ij. Om̄s que sunt sua querūt nō q̄
iesu xp̄i. nā supbi diligūt honores ⁊ dignita
tes. De quib⁹ Mat. xxiij. Amāt primos re-
cubitus in cenis ⁊ prīas cathedras in syna-
gogis salu. in fo. ⁊ vocari ab hoīb⁹ rabi. ⁊ Jo
hā. v. Quō potest̄ credere q̄ gloriā ab inuicē
accipitis ⁊ gl'iam que a solo deo ē nō queri-
tis Luxuriosi v̄o plus diligūt delectatōnes
corpis. De quib⁹ Osee. iij. Diligit dñs fili
os israel. et ipi diligūt vinacia vuaꝝ ad mod̄
scz porcoꝝ de vinacijs viuētium. Folliculus
enim in quo glaria ⁊ arillus siue acinus con-
tinet̄ dicit̄ ꝓprie vinaciū. Und̄ plerūq̄ post
exp̄ssionē porci pascunt̄. Auari plus diligūt
opes. vt conqueritur Isaias. ca. i. Omnes

Sermo

diligũt munera sequũtur retributões. Ideo sicut multus est numerus spinarũ. pauc⁹ liꝯ. et multus est numerus lapidũ grossorũ vulgariũ ⁊ rudorũ. pauc⁹ p̃ciosoꝝ. sic pauci sunt vere deũ diligẽtes. multi nanq̃ diligũt verbo sed nõ facto. p̃s. lxxvij. Dilexerũt eum in ore suo ⁊ lingua sua mentiti sunt ei. cor autem eorum non erat rectũ cũ eo nec fideles habiti sunt in testamento eius. Gregorius. Qui adhuc per illicita delideria deflunt ꝓfecto deũ nõ amat. q̃ pterquis ei in sua voluntate cõtradicit. Ideo hortatur nos Johã. in canonica. i. c. ij. Nolite diligere mũdũ neq̃ ea que in mũdo sunt. scz honores. voluptates ⁊ opes mũdi. Et subdit rationẽ. Si q̃s diligit mũdũ nõ est charitas patris in eo Aug. Si in te est amor mũdi nõ est q̃ intret amor dei. Ideo illã paucitatẽ ꝙquerit Mat. xxij. Multi vocati sunt ad dei scz dilectõz. pauci vero electi ꝓ ꝓfecta ipius ⁊ fructus eius scz eterna eius adeptõne Aug⁹. de sex q̃stionib⁹ dicit. Ab exordio hũane ꝓpagatiõis aliquis p̃destinat ad p̃uidẽtiã saluatiõis. aliquis ad iudiciũ dãnatõnis. Ideo dicit Math. vij. Arta est via que ducit ad regnũ celoꝝ. scz semita dilectionis. et pauci inueniũt eã. Tercio dicit si quis ꝓpter incertitudinẽ. q. d. incertũ est homĩ an sit in dilectõne dei. De q̃ Eccs. ix. Nescit hõ an amore an odio dei dignus sit. ℣ Sz diceres. q̃ est ratõ ignorãtie eius. Rñdet ꝙ triplex ℣ria est intellectus obumbratio. secunda charitatis adeq̃tio. tercia nostra humiliatio. ℣ma est nostri intellectus obumbratio. quia noster intellectus est ita obumbratus carne. ꝙ omnino ebes ẽ ad spiritualia cognoscẽda. hz charitas est quoddã spũale. ideo ꝓpter obumbratõez intellectus nõ p̃t determinate ꝙgnosci. ℣a p̃tie. ix. Corpus q̃ corrũpit aggrauat aiam ⁊ terrena inhabitatio deprimit sensum. ℣cda ratio est charitatis adequatio q̃ act⁹ naturalis ⁊ acquisite dilectõis ẽ similis actui charitatis. verbi gratia. Aliqui sunt miseri cordes ex natura. aliqui ex charitate diuina aliqui ex dilectõe acquisita. vtputa ꝑsuetudine. et hoc scire est difficile. Tercia ratio est nra hũiliatio. Hã deꝰ ordinauit bona que in nobis sunt fore occulta. ne de nob̃ ꝑsumam⁹ sed nosipsos humiliemus Eccs. ix. Omnia in futurũ ꝟuant incerta. Vnde q̃uis necessariũ est ad salutẽ habere p̃tiam charitatis. nõ tñ necessariũ est scire p̃tialiter se esse vel nõ esse in charitate. vt ille qui est in charitate se nõ extollat. et ille qui est sine charitate nõ despet. ideo dicẽ Si quis ꝓpter incertitudinẽ diligit me. licet enĩ scire hoc certitudinaliter neq̃am⁹ q̃ ex cõmuni lege corruptionis nre ꝓuenit. ꝟm illud Eccl. viij. Nemẽ to qñ oẽs in corruptõne sumus. tamẽ cõiecturaliter ex obꝟuantia mãdatorũ dei signũ dilectõis dei bre possum⁹. de quo subdit. Ier monẽ meũ ꝟuabit. i. mãdata mea. De q̃ gre. in omelia. Vere enĩ deũ diligim⁹ si mãdata eius ꝟuamus. Vere diligimus si a nris nos voluptatib⁹ coartam⁹. Vnusquisq̃ ergo se interroget an deũ diligat. Nam sermo dei ẽ probatorũ. ꝟm Aug. per q̃ filij dei cognoscunt a filijs dyaboli. Nam dicit. ij. Johan. Oñis qui recedit ⁊ nõ permanet in doctrĩa xp̃i deũ nõ habet. et sic ad deũ nõ ptinet. q̃ vt subdit. qui permanet i doctrina hic patrez ⁊ filiũ habet. et Deutr. xxvij. Maledictus q̃ nõ permanet in ꝟmonib⁹ legis nec eos opere perficit. Ideo mãdata dei ꝟuãda sunt tripliciter. Nõ in corde per iugẽ meditatõnem. Deutr. vi. Erũt verba hec q̃ precipio tibi hodie i corde tuo ⁊ narrabis ea filijs tuis ⁊ meditaberis sedẽs in domo tua. Nam sic spẽs aromatica diligẽter dz masticari ut virtꝰ ⁊ suauitas eius sentiat̃. et sic mãdata. puer. vij. Fili scribe ꝟba mea in tabula cordis tui. naz ꝟm legẽ aĩal q̃ nõ ruminat ẽ immũdũ. et sic hõ nõ ruminans dĩ p̃cepta in corde Eccl. iij. Que p̃cepit dñs cogita sp. Nã dr Eccl. xxiij. Habil dulci⁹q̃ respicere in mãdatis dĩ Secũdo dẽm⁹ ꝟuare mãdata dei in ore p frequẽtẽ locutionẽ Josue. i. Nõ recedat volumen legis ab ore tuo. i. pe. iiij. Si q̃s loqtur q̃i sermones dei. nã ꝟm Crisi. Vos ẽ amantiũ vt amorẽ tegere neq̃ant sz de se bõa loquũt̃. sic ⁊ nos de dõ. Tercio ĩ manib⁹ p opis exequtionẽ Deutr. vi. Ligab ea in manib⁹ tuis. s. p operũ exequtõez. i. Job. iij. Nõ diligam⁹ ꝟbo neq̃ lingua sed ope ⁊ veritate. Nam ꝟm Gre. Amor dei nũq̃ ẽ ociosus. opatur enim magna si est ꝛc. Dicit nãq̃ Symõ de cassia. et Gre. Vens vita ⁊ lingua sunt requirẽda quia probatio dilectionis est exhibitio opis.

.i. Joh. ij. Qui dicit se diligere deū ⁊ mãda
ta eius nõ custodit mendax est Aug. ponit ex
emplũ Quid est q̃ diligo regẽ si odio habeo
suã legẽ. Dilectio ergo regis est mãdati cu
stoditio. Jdeo Bernñ. in expositõne ꝟmonis
dñi post cenã dicit. Qui habet mãdata dñi
in memoria seruat in vita. et qui in sermoni
bus. seruat in actionibꝫ. et qui habet audien
do seruat faciẽdo ille est qui diligit me. Et ta
lis dispositionẽ habet ad spiritussancti rece
ptionẽ. quia nil ita ꝓparat dispõit dilectionẽ
dei in nobis sicut mãdatoꝝ ꝺi exhibitio ⁊ ex
ecutio. ¶ Dixi scõo subiũgit vtilitatẽ
que de charitate ꝓuenit dicẽs. et pater me⁹
diliget eũ scz gratuita dilectõe. sicut enim il
le tres psone sunt vna essentia ⁊ vna deitas
ita etiam sunt vna dilectio. quapropter qui
xp̃m diligit illũ rediligit tota sancta trinitas
O q̃ magnus dilectõnis effectus. vt excla
mat Bernñ. Quid amatoꝝ dei. cultoꝝ xp̃i ti
bi videt̃ de p̃mio amoris tui. quid tibi mali
nocere poterit. aut q̃d boni poterit deesse qñ
te diligit q̃ te de nibilo creauit. O nimis fe
lix ⁊ vltra q̃ dici poterit beatus qũ diligit
pius pater oñipotẽs deus. Quid enĩ felici⁹
quid beatius q̃ ab eo diligi qui ẽ dñs para
disi qui habet ptãtem vite ⁊ mortis. qui põt
saluare ⁊ dãnare. saluare diligẽtes ⁊ damna
re nõ diligentes. iuxta illud. ps. cxliij. Dili
git dñs oẽs diligentes se ⁊c. Et ad Roma.
viij. Scimus qñ diligentibꝫ deũ oñia coo
perãtur in bonũ. Jdeo Hugo. Reliq̃ gratia
rũ dona largit̃ etiã bis quos dãnat. solã autẽ
charitatẽ quasi seip̃m bis tm̃ qs diligit in p̃
miũ ꝟuat. qꝝ ꝟm Hugo. in li. de laude chari
tatis. Charitas est fons ꝓprius cui nõ cõicat
alienus. quicũ q̃ illã habz alienus a deo non
est. sed ipe est in deo ⁊ deus in eo. et illa est se
cũda vtilitas caritatis. de qua subdit. ad euz
veniemus. scz nõ solũ pater ⁊ filius sed ⁊ om
nes tres persone. Jdeo Hugo. Sic familia
ris est deo charitas vt ipe mansionẽ bt̃e no
lit vbi charitas nõ est. vbi vo charitas ẽ to
ta trinitas adest. Hã ꝟm Aug. in li. de trini.
Tres sunt in nobis potentie anie. scz intelle
ctus. memoria voluntas. que dotantur in ad
uẽtu triũ personarũ. Veniet enĩ pater p eter
nã po tentiã confirmãs memoriã vt pseue
ret. veniet filiꝰ illuminãs intellectũ vt intel
ligat. veniet spiritussanctus mouẽs voluntа
tẽ ⁊ accẽdens affectũ. et sic tota trinitas ve
niet ad sanctificandũ animã. Et notat̃ cũ dr
venimus. ¶ O q̃ marime deberem⁹
desiderare eius aduẽtũ. quia dicit Bernñ. in
ꝟmone. Spiritussanctus est salutis pignus.
et qui illo caret salutẽ nõ habet. De q̃ ap'lus
Roma. viij. Si quis spũs xp̃i nõ hz hic non
est eius. Jdeo Richar. li. v. de trinitate. c. x.
Sicut spũs humanus est vita corporum. sic
spiritus diuinus vita spirituũ. ille sensificat
in corpe. iste sanctificat in aĩa. Et dicitur spi
ritussanctus sine quo nullus efficitur sanct⁹
Jdeo eccia desiderãdo eius aduentũ clamat
Veni sancte spũs. Sed quando venit. Re
spondet Gilbertus. nõ pt dari certa regula.
quia nõ est vtm nosse tpa vel momẽta. nõ ẽ
industrie sed gratie. nõ inuestigatõnis sed re
uelatõis. Ex quo igitur ignoramus certum
tempus aduentus eius. ideo omni tempore
homo sic viuat et se ꝓparet ne pertranse
at eum spiritus. Jtem spiritussancti aduen
tus in mentẽ est per sanctam vnionẽ et gra
tie gratam facientis infusionem. vel de nouo
vel in augmento. de nouo vt in baptismo ⁊ in
penitentia. In augmẽto vt in omni opere bo
no ex charitate facto ꝓpter deum. Et non
venit per motum localem. sed per spiritualez
vnionem ⁊ effectum quem causat in anima.
Hec Augustinus. xv. de trinitate. Dicit eñ
Anſ. Deliderando queritur amando inue
nitur. Nam secundũ Dionisium de diuinis
nominibus. Charitas increata gignit chari
tatem creatam. De quo etiam Bernñ. sup ce
nam domini. O felix virtus charitatis que
facis hominem dei mansionem. Et illa ẽ ter
cia vtilitas charitatis. De qua subdit in te
xtu. Et mansionem apud eum faciem⁹. Hã
cum deus illabitur anime fideli per charita
tem sanctificat eam ⁊ tunc deus manet cum
homine quamdiu ipse manet sine pctõ mor
tali. ¶ Jdeo notandum q̃ spiritussan
ctus ad aliquos non venit. nec apõ eos man
sionẽ facit. vt sunt peccatores in mortali pec
cato constituti Augustin⁹. Charitas que de
us est. et peccatum mortale opponũtur Sa
piẽtie. i. In malivolã aĩam nõ introibit sapi
entia. Et subdit ibidẽ. aufert se a cogitatõibꝫ
q̃ sunt sine ĩtellectu ⁊ corripiet̃ a supuenẽte

iniquitate. ideo Ezechi. xxxvi. Mundabimꝰ ab oīb⁹ inq̄namētis vr̄is. et dabo vobis spiritū nouū. Sc̄i sunt ad q̄s venit. sed apud eos mās̄ionē nō facit illi qui p̄ p̄tritōem ⁊ penitētiā s.s. ad se mutāt sed p̄ recidiuū i mortale a se repellūt ezech. xviij. Si auerterit se iustus a iusticia sua ⁊ fecerit iniquitatē oēs iusticie eius nō recordabūtur. ⁊ Gre. i mora. Incassum bonū agit si añ terminū vite desecratur. Tercij sunt ad q̄s venit. et mansionez apud eos facit qui per baptismū aut penitētiam positi sunt in caritate dei. ⁊ in statu salutz ⁊ in eo p̄seuerāt. vt apl's qui post hāc receptōnē spūssancti nūq̄ mortaliter peccauerūt. Jō dixit eis Job. xiij. Apud vos manebit ⁊ i vobis erit. Et igit̄ apud te maneat. tu maneas in charitate. Ideo 9r. i. Job. iiij. Qui i charitate manet in deo manet ⁊ deus in eo. Nam dicit Aug. Nō p̄t aīa splendescere i eterna claritate nisi p̄manserit in dei charitate. O Considera quō spūssanctus vrit in specie ignis ⁊ p̄fuatur ad modū ignis. Primo sub cinere. i. mortis meditatōne. et hec hūiliat et a peccato p̄fuat Eccl̄i. vij. Memorare nouissima ⁊ in eternū nō peccabis. et etiā facit p̄fficere Gre. Valde se solicitat in bono ope qui semp̄ cogitat de extrēo fine. Secō p̄ suffla/tionē scz oīois. i. Pe. iiij. Vigilate in oīonibus Lu. xi. Dabit spiritū bonū petentib⁹ se. Tercio p̄ lignoz appositōem p̄fuatur ignis sic s.s. p̄ bonoz opm multiplicatōem. De q̄ Coloceñ. i. In oīi ope bona fructificātes et crescētes in scia dei in oīi v̄tute p̄fortati. iō Leui. vi Ignis in altari meo sp̄ ardebit quē nutriet sacerdos subijciēs ligna.

De eadem dominica Sermo. xcix.

Ad eū veniemus ⁊ mansionē apd̄ eū faciemus Job. xiij. E Scien dū triplices sunt boīes ⁊ in triplici dīa ad spūmsanctū se bñtes. Aliq̄ sunt ad q̄s nūq̄ venit vt sunt p̄tōres indurati ⁊ mali q̄ sunt in malo p̄posito. vt superbi luxuriosi. ⁊ sic de alijs. qz tales rēsistūt. s.s. Act. vij Dura cervice ⁊ incircūcisi cordib⁹ ⁊ auribꝰ. vos sp̄ spūisancto resistitis. Tales sunt indurati. qz. s.s. pulsat ad corda eoz p̄ inspiratōem ⁊ nolūt penitere Apoc̄. iij. Ego sto ad ostium ⁊ pulso O magna est dei misc̄ia q̄ ita pulsat ad coz p̄tōris cū tamē ille aperire ei nō vult. Gre. Dēmus misc̄iam dei erubescere si iusticiā eius nolumus formidare. Est enī peccator induratus multū reprēhēsibilis qz videt se maculatū ⁊ abomīabilē. qz displicet deo ⁊ angelis eius. iuxta illō p̄s. xiij. Corrupti sūt ⁊ abomīabiles facti sunt i studijs suis. Et dominus exhibet aquā gr̄e sine qua mūdari nō p̄nt ⁊ spernūt. Itē videt se igne infernali succensos. scz igne p̄naue p̄cupie. et tñ p̄ aq̄ gratie qua ille ignis extīguitur nō clamāt. Cum dicit Crisō. Sicut terra sine aq̄ sic hō sine vi gratia. nā magna p̄tōz negligētia q̄ nūc caret dei gr̄a. iam enī aperti sunt fontes gratiarū per eccl̄ie sacramēta. vt dicit apl's. ij. Corinth. vi. Ecce nūc tps acceptabile. qz tēpore gratie aridi sunt. et illi bñt se sicut aīalia que circa fontes sitiūt ⁊ appropinq̄re nolunt Secundi sunt ad quos venit. sed mansionez apud eos nō facit. ut sunt illi scōm Greg. in ome. hodierna. qui p̄pūgunt et a peccatis se vertūt. sed tpe tēptationis ad peccata redeunt. De quib⁹ Ezech. xviij. Si iustus auertit se a iusticia sua. nō. nā tales bñt se ad mō canis. vt 9r Prouer. xxvi. Quasi canis qui reuertitur ad vomitū. sic imprudens qui reiterat stulticiā suā. Jō Hiere. ij. q̄s vilis facta es nimis reiterās vias tuas Dic̄ ei Aug. Nihil videt deo ita displicere q̄s de peccato post p̄niam remiscendo gaudere. De talib⁹ Lu. xi. Erūt nouissima hoīs illi⁹ peiora p̄mo ribꝰ. ideo hortat Eccs. xxi. Fili peccasti non adijcias iterū. Ratō fm Bern̄. qz deterius est reincidere q̄s incidere. et. i. Pe. ij. Melius est nō agnoscere iusticiā q̄s post agnitōez retrorsum q̄uerti vnde poeta turpius eijcit q̄s nō suscipit hospes. iō Eccl̄i. ij. Fili accedēs ad seruitutē dei sta in iusticia ⁊ in timore vt crescat in nouissimo vita tua. Tercij sunt ad q̄s venit ⁊ mansionē apud eos facit. vt qui se digne disponūt ad susceptionē. s.s. ⁊ post receptionē a peccatis se custodiunt. De quibus Aug. O q̄s felix est aīa que scit se ita disponere ⁊ vitā gubernare vt tā dignū hospitē ⁊ gubernatorē inhabitatorē mereat suscipe. ⁊ sūt illi qui omnē p̄solatōem mūdanā respuūt p̄pter deū ⁊ solū deū in p̄solatorez desiderant.

Sicut ꝓpheta. lxxvi. dicit. Renuit cōsolari aīa mea. memor fui dei ⁊ delectat⁹ sum. Tal' fuit Aug. dicēs in soliloqo. O summa vitas vnū ꝑcor a te vt in nullo ꝑmittas me ꝙsolari q̄ in te. oīa mihi amarescāt. tu sol⁹ mihi dulcescas. sint mihi oīa penalia solū tu mihi ꝙsolatorius. ¶ Pro q̄ nota q̄ ſſ. manet a/pud illos qui vitāt septem ꝑcata mortalia. nā septē sunt dona ſſ. q̄ expellūt septē ꝑcata mortlia. et illa septē dona figurātur ꝑ. vij. ꝓprietates ignis in cui⁹ specie datus est. ſſ. Hic est ignis de quo Exo. iij. Moyses vidit rubū ardētē ⁊ nō ꝙsumebatur. sic ⁊ electi ardēt in igne amoris dei Lu. xij. Ignem veni mittere in terrā quid volo nisi vt ardeat. et tñ nō ꝙsumūtur. i. nō vincūtur ꝑccatis. q̄ ꝙ fuant. vij. donis ſſ. que figurāt in vij. ignis ꝓprietatib⁹. Pria est. ignis alta deiicit ⁊ inclinat. vt domos castra ⁊ arbores. ita ignis spiritus ſſancti opatur hoc ꝑ donū timoris. Naz alta ⁊ superiora inferioribus ꝑ hūilitatē coeq̄t. Vñ. iij. Reg. xix. Ecce dñs trāsijt. ⁊ spiritus grādis ⁊ fortis subuertēs montes. i. ſſ. corda superba hūilians. q̄ dicit Bernā. Hūilitas est ſſ. gratie familiaris. et excludit primū ꝑccatū mortale. ſ. superbiā. de q̄ Hiero. Ubi est ⁊ timor nō est mentis elatio sz lacrimosa dejectio. nā ſm Gre. Electi dei q̄to amplius in gra ꝓficiūt. tāto magis se deficere putant. et de q̄to quis maioris gre lumē recipit. de tā to se magis repbensibilē ꝙgnoscit. Jō Ber. In veritate cōperi nihil ita efficax ad gratiaz ꝓmerendā ⁊ ꝙseruādā. nisi nō alta sape sed timere. q̄ ⁊ Eccī. i Timor dñi expellit ꝑccatū sz superbie. que ē initiū oīm ꝑccatoz. sic econuerso timor dei vt dicit Cassian⁹ de institutis monachoz principiū est nre salutis. ⁊ Ecclesi. i. Qui sine timore est nō poterit iustificari. q̄ dicit Cassiod. Timor et religio sunt anulera. vnum nō pt stare sine reliq̄. ¶ Secūda ꝓprietas ignis est q̄ liq̄facit dura vt cera ad susceptōem impressionis sigilli. ⁊ hoc spūssanctus ꝑ donum pietatis q̄ liquefacit dura corda ad ꝙpatiendū miseris ꝓpter deū et liq̄facit ad effusionē lacrimarū. ps. cxlvij. Flauit. ſ. e⁹ ⁊ fluxerūt aq̄. Hoc donū habuit Job. vt pz. xxx. ipius. c. Flebā quondā sup eum qui afflictus erat ⁊ aīa mea ꝓpatiebat paupi signāter in spūali defectu Isi⁹. de summo bono. Magis malafaciētib⁹ q̄ patientib⁹ est ꝙ dolendū Bernā. Sunt ne in te viscera xp̄i/ne sz ꝑpassionis qui plāgis corp⁹ ⁊ nō aīam a quà recessit deus. Et excludit scōm ꝑccatū sz inuidiā. nā inuidus nullam bz dulcedinē pietatis Eccī. xxij. Oculus inuidi nec q̄. Aug. Inuidia est odiū felicitatis aliene. et ē dīa inter pietatē ⁊ misericordiam. q̄ pietas respicit necessitatē spiritualē. misericordia vo spiritualē ⁊ corpalem Bernā. O clemētissima pietas nō solū tribuit beneficia his q̄ diligūt sz etiā his qui offendunt. i. Thimo. iij. Corporalis exercitatio ad modicū vtilis ē: pietas ad oīa Aug. de opib⁹ monachoz Ille to misericordius opatur circa aīas q̄ circa corpora. ¶ Tercia ꝓprietas ignis est q̄ illuminat obscura. hoc facit spūssanct⁹ ꝑ donū scīe. et ꝑ hoc dicemur a. ſſ. quid agere q̄d dimittere debeam⁹ Job. xvi. Cū venerit spūs veritatis docebit vos oēz veritatē. Hoc donū habuit Thobias cec⁹. Illūinat⁹ enī hoc igne ſſ. docuit filiū vitare malū. bonū facere et nō errare. Jō Aug. in soliloqo. O lux q̄ oīs lux est: illumina cor meū vt videaz te in me ⁊ me in te. et oīa subtus te. Et excludit tercium ꝑctm mortale. ſ. irā. i. Ira viri iusticiā dei nō opatur. et Carbo. Impedit ira animū ne possit ꝙgnoscere verū. nā ira mētē perturbat. sciētia illūinat. Gre. Ira dū mentē pulsat spūs sancti locū turbat. Quarta ꝓ prietas ignis est q̄ molha ꝙsolidat. ut lumū. hoc facit spiritussanctus ꝑ donū fortitudis. Epbe. iij. Det vobis dñs virtutē corroborari ꝑ spm̄ eius in interiori homīe. Et sic apls petrus qui pri⁹ vocē ancille timuit hodie publice ꝑdicauit ⁊ tria milia vicit ⁊ postea quīq̄ milia Gre. Fortes facti sunt tortores vicūt. occidi pñt. flecti nequeūt. Idez. Quō iusti mansissent nisi fortitudo spūssancti eos solidasset. ps. lxxiij. Ego cōfirmaui columnas ei⁹. Ideo eccīa hoc petit. Accēde lumē sensibus ⁊c. Et excludit quartū ꝑctm mortale sz accidiā Prouer. xxij. Piger dicit leo fortis est. id est timet ardua aggredi. fortitudo enī pro nū facit ad omne bonū Phil. iij. Oia possū in eo qui me ꝙfortat ⁊c. Ro. viij. Spūs adiuuat infirmitatē nostrā. ¶ Quinta ꝓ prietas ignis ē q̄ aurū a plumbo sepat. et sic spūssanct⁹ ꝑ donū ꝙsilij Aug. Consiliū spūs

sancti est vt tpalia ꝯtēnentes deo ꝓ eternis ꝑuiamus Mat.xix. Si vis perfect⁹ esse va/de ⁊ vende oīa q̄ habes ⁊ da pauꝑib⁹. Et sic ꝯsulit a ꝯturbatōne auaricie nos remouere. Prouer.xv Conturbat domū suā qui secta tur auariciā. Jō illā excludit Aug⁹. Auarus vellet oēs hoīes ñ esse vt sol⁹ abūdaret. Se xta ꝓprietas rubiginē ꝯsumit. Sic ⁊ spiritus sanctus ꝑ donū intellectus purgat intellec/tū ad mistica.i.diuina intelligēda .ps.xxxi. Intellectū tibi dabo ⁊ instruaꝫ te ⁊c. Docet enī deum intelligere in nobis ⁊ in creaturis Roma.i. Inuisibilia enim ip̄ius a creatura mundi ꝑ ea q̄ facta sunt ⁊ intellecta ꝯspiciun tur. Et facit hominē delectari in spūalibus. vt si vides pulchra gustas dulcia intelligere debes celestia Bern̄. Dulcedo omniū crea/turarū inuitat ad dulcedinē eternā. et exclu dit gulā.q2 per hoc donū vtimur cibo ad ho norē dei ⁊ spiritualē ꝯsolatōem scꝫ dei ꝑuiti/um. Nam spūssanctus in hoīe guloso nō ha/bitabit Gen̄.vi. Non ꝑmanebit spūs meus in eternū in hoīe.quia caro ē.i.carnaliter vi uit. K Septīa ignis ꝓprietas ꝙ de na tura sursum tēdit.hoc facit ss.ꝑ donū sapien tie.et d2 sapīa q̄i sapida scīa.q2 ꝑ hoc donuꝫ dat nobis spūssanctus sapere celestia Colo. iij. Que sursum sunt sapite.ps.xxx. Quam magna multitudo dulcedinis tue dn̄e. Basi lius. O dulcedo melliflua.o dulcedo admi/randa q̄ꝫ dulcis es in meditatiōe. dulcior in orōne.dulcissima in ꝯtēplatōne.sed suꝑdul/cissima in btitudine patrie.ps.xxxiij. Gusta te ⁊ videte q̄.sua.ē do. Et excludit luxuriaꝫ i.Corinth.ij. Aīalis hō non ꝑcipit ea q̄ sunt spūs dei Isi. Sapīa speculat̄ eterna et in ill̄ delectatur.luxuria vero terrena Roma. viij Qui ꝑm carnē sunt q̄ carnis sunt sapiunt.q̄ vero ꝑm spm̄ sunt q̄ spūs sunt sentiūt.

Feria secunda post festū.s.s. Sermo.c.

Sic deus dilexit mdm vt filiū suum vnigenitū daret Job.iij Et legitur hodie ꝓ euāgelicali officio. L Dicit Gre.in ome.ꝓbatio dilectiōis est ex/hibitō opis. Sūt aūt tria signa vere dilectō nis. Primū est doctrine imbutio. et sic pa/rentes diligere filios tenent̄ Ecc̄i.vij Filij tibi sunt erudi illos et curua illos a puericia eoꝝ. Scdm est donorum largitio Ecc̄i.xxix ꝓpter fratrē ⁊ amicū ꝑde pecuniā ⁊ ne abscō das illā sub lapide in ꝑditōem. Terciuꝫ est ad periculū mortis expositio.et sic hester di/lexit iudeos Hester.iiij. Spūal'r.hec tria si gna dilectōis de⁹ pr̄ exhibuit hūano generi Primo dedit doctrinā Exo.xx.et Deut.v. Ego sum dn̄s de⁹ tu⁹ dās p̄cepta.s. affirma tiua ⁊ negatiua. Secūdo dedit bona tpalia Gen̄.i. Dn̄amī piscib⁹ maris. Sed hoc dn̄i um ꝑdidit totū gen⁹ hūanū ꝓpter pctm̄ pri mi hoīs. Ne ergo talis creatura digna ꝓpter quaꝫ facta sunt oīa oīno ꝑiret.ideo exhibu/it ei terciū signū dilectōis. ex eo ꝙ filiū suuꝫ qui est vnū secū in essentia morti exposuit e/tiā turpissime. Et hoc primū est signū magni amoris.scdm maioris.terciū maximi. De q̄ thema. Sic de⁹ dilexit mūdū . In summa euāgelij duo innuūtur Prīo ꝓponit dīne di lectōis immensitatē. Scdo subiūgit eterne dānatōis cālitatē.primū pꝫ in prīcipio.secū dū ibi.q̄ nō credit ⁊c. De prīo dicit.sic deus dilexit mdm Dictū est in hesterno euāgelio ꝙ dic̄ mgr̄ in.i.di.xvij.ꝙ ss.est amor patris ⁊ filij.iō hoc festū plenū est suauitate amorꝫ. iō heri lectū est euāgeliū de charitate adopti onis.q2 de⁹ pr̄ dando ss.adoptauit ꝑuos ī fi/lios. In hodierno v̄o euāgelio agit̄ de cha/ritate redēptōis q̄ ꝑ filiū suū de manu hosti/li redemit ꝑuos d.sic de⁹ dilexit mdm sic scꝫ magnificētur. M Reuera magnificent̄ nā magnitudo dīne dilcōis celestis pr̄is ptꝫ ex multis Prīo ex diligētis nobilitate.q2 de us q̄ solus nobilissim⁹ est potentissim⁹ altissi mus rex regū dn̄s dn̄antiū.q̄ solus habꝫ im mortalitatē incōmutabilitatē incorruptibi/litatē. Est enī ille q̄ solus hꝫ essentialē boni/tatē. De q̄ Mar.x. Nemo bonus nisi sol⁹ de us. Ille nos dilexit tripliciter.cōiter.stabi/liter.⁊ v̄aciter. Prīo cōiter Sap̄.xi. Dili/gis om̄ia q̄ sunt ⁊ nihil odisti eoꝝ que fecisti. Reuera ꝯmūiter nos diligit. quia bonos et malos.nō inq̄ꝫtū malos.sed inq̄ꝫtū homies nihil enī odit de⁹ nisi iniq̄tatē et pctm̄ quod ip̄e nō fecit nec creauit Gen̄.i. Om̄ia q̄ fece rat erāt valde.bōa ergo q̄ essentialiter bonus est nō potuit esse cā mali culpe Job.i. Sine

me factū est nichil.i.pctm̄ qō ad nichilū redu/
cit hominē.ps.xuij.Ad nichilū deductus est
in ꝓspectu eius maligñ. ℞ Jō nullus
hoīm est expers diuine dilectōis eterni p̄tis
quin sentiat effectū dīni amoris.Qui ē tri/
plex.scz.creatōis.recreatōis ⁊ eterne glorifi
catōis.Primū effectū dīne dilectōis ostēn
dit dē cōiter oīnib hoīb scz creatōis cū nil/
lo p̄cedente merito.Sz ex sua eterna dilec/
tione illos de nichilo creauit ad esse nature et
formauit ad imaginē suā ſm aīam vt virtute
rōnali deū cognoscamus. vi ꝓcupiscibili de
um ꝓgnitū diligam?. vi irascibili deo ꝓgni/
to inhereamꝰ sicut fini vltimato.O magna
dilectio si quis restauraret alicui vnū mem/
brum scz oculum vel manum signum eēt ma
gne dilectōis:q̄lis ergo ē illi? qui dedit cor/
pus ⁊ aīam.Cum dic̄ Cassiod. Nichil in nob̄
est bonū nisi fuerit ab ipo collatū Scōs effe
ctus dīne dilectōis est recreatio a statu cul/
pe ad statū gr̄e p̄ vnigenitū.et hoc non est ex
merito nr̄o.ad Thitū.iij.Nō ex op̄ib iusti/
cie que fecim? nos.sz ſm suā miscōiaz saluos
nos fecit.et ad Ephe.ij. Gr̄a saluati estis p̄
fidē.et hoc nō ex vobis.Et hec dilectio ē cō
munis oīnib.De q̄ ad Ro.viij.Proprio fi
lio suo nō p̄pcit dē? ⁊c.nā si diligim? amicū
qui ꝓ nobis effudit lacrīas.q̄to magis xp̄m
q̄ ꝓ nobis effudit sanguinē Ih̄u.i. Joban.v.
Tres sunt q̄ testimoniū dāt in terra scz dile/
ctōis.spūs.i.aīa.sanguis.⁊ aq̄.scz lacrimaꝝ
De q̄ Bern̄.O q̄ vehemēter me dilexit in
cruce in q̄ efluxit aq̄ scz lacrimarū.de latere
sanguis scz ex corde ⁊ aīa recessit de corpore.
Tercius effectus est eternalis glorificatio.
q̄s enī iustificat a pctō ꝓ gr̄am hos in eterna
felicitate glorificabit Ro.viij.Quos p̄sci/
uit.i.longe nouit hos p̄destinauit.quos p̄e
destinauit hos ⁊ vocauit. q̄s vocauit hos iu
stificauit.q̄s iustificauit hos magnificauit.s.
hic in gratia ⁊ ibi in gl̄ia.Et illa est ꝯmunis.
i. Thimo.ij.Vult oēs hoīes saluos fieri et
ad ꝓgnitōez v̄itatis p̄uenire vicz voluntate
p̄sequēti q̄ quis aliq̄d vult cū circūstantiis.
nō aūt volūtate añcedēte.i.absolute. ℣
Scōo ostendit dilectiōem stabiliter.qz ipse
deus ip̄ diligit nos añ tp̄s in tp̄e. et p̄? tps
añ tp̄s.qz dilexit ab eterno Hiere.xxxi. In
charitate ꝑpetua dilexi te.iō attraxi te mise/
rās Aug. Deus amabat nos ſm q̄ opus e?
añ mūdi ꝓstitutōez De q̄ Ephe.i. Elegit nos
in ipo añ mūdi ꝓstitutiōem vt essemus sancti
et immaculati in conspectu eius in charitate
Itē dilexit nos in tp̄e Prouer.xvij Omni
tp̄e diligit qui amicus est.et hoc in esse con/
uādo Ih̄u Aug. Si se ad momētū subtrahe/
ret hō in nichilū redigeret sic de nichilo fact?
est Bern̄. Sicut necessario habuim? indi/
gentiā creatoris sic ⁊ ꝓfuatoris. Qua ꝑter
dicit Hugo. Perpēde q̄tū ab ipo diligeꝝ
qz b̄ficiū eius nunq̄ tibi defuisse ꝓgnoscis.
Itē dilexit nos p? tps.s.postq̄ trāsibūt oīa
in p̄nti.tūc iā pauit nobis eternā felicitatez.
Lu.xxij.Ego dispono vobis sic dispposuit mi
hi p̄ me? regnū Ecce salus aīe.qō enī p̄?
hoc tp̄s sumpturi sumus iā dispposuit Job.
xvi.Vado p̄are vobis locū. et iterū veniam
ad vos ⁊ accipiā vos ad meipm De q̄ Ephe.
ij.Dīs q̄ diues est in miscōia ꝑter nimiam
charitatē q̄ dilexit nos cū essem? mortui viui
ficauit nos xp̄o cuius gratia estis saluati ⁊ ꝯ
resuscitauit ⁊ ꝯsedere fecit in celestib in xp̄o
iesu.vt oñderet in seculis supueniētib abū/
dātes diuitias gr̄e sue sup nos i bōitate i xp̄o
iesu.Tercio oñdit sue dilectōis immēsitatē
veraciter.qz ꝑter nos nō ꝑter se nos dile/
xit.vt diligūt hoīes in mūdo falsē ⁊ nō vere.
vt aliquis diligit aliquē ꝑter sapiam eius.
⁊ sic deus nos nō dilexit Ro.xi Quis ꝯsilia
rius eius fuit.s.cū fecit celū ⁊ terrā. Itē ali/
qui diligūt aliquē ꝑter opulentiaz ⁊ diuiti/
as.et sic de? nos nō dilexit. Idē.qs p̄ior de
dit illi.q.d.nullus.sz oīa habemus ab eo.i.
Chorinth.iij.Quid habes q̄ nō accepisti
ps.xv.Bonoꝝ meoꝝ nō eges. Itē aliq̄ dili
gūt ꝑter potentiā.sz potētia nr̄a ē q̄i fumus
ps.ci.Sicut fumus dies eius. Ideo dilexit
nos v̄aciter ꝑter nr̄m bonū ⁊ nō suū. ℣
Scōo ostendit sue dilectionis immensitatē
in dilecti vilitate in eo q̄ dicit mundū.i. bo
mines in mōo. Ih̄u nos pctōres qui eram?
inimici dei Ro.v.Cōmendat de? charitatē
suā in nobis.cū inimici essemus reconciliati
sumus ꝓ sanguinē filij eius Jō Ephe.ij.E/
ramus nat̄a filij ire.nō q̄ natura mala creata
esset a deo.sed quia post transgressionē man
datorū dei nat̄a corrupta est ⁊ corruptibilis
facta ⁊ vīdicte dei subiecta, sicut erāt p̄imi

parētes q̄s dilexit ⁊ nō angelos. q̄ nō fec̄ re
dēptōem angelo⁹ q̄ ceciderūt ꝫ hominū Et
hoc aliquib⁹ de causis. Prima q̄ pctm̄ āge
lo⁹ fuit irremediabile. de q̄bo mgr̄ in. ij. dis.
xxi. q̄ bō occasionē habuit pccādi iō p gra
tiā dei iuuari potuit ad veniā. vt q̄ p aliū ce
cidit p aliū erigeret. q̄ incitatōez būit ad ma
lū. nō inuste habuit adiutorē ad bonū. dya
bolus vo sine tēpta tōe alic⁹ pccauit. iō per
aliū vt surgeret iuuari nō debuit nec p se po
tuit. ideo irremediabile fuit. Sz sicut pctm̄
hois p aliū būit initiū ita ⁊ remediū. Scōa
rō ibidē. q̄ angelica nat̄a nō tota pierat. sed
ex pte pstiterat. būana vo tota pierat. ideo
nepenit⁹ pderet ex pte redēpta ē Tercia rō
q̄ bō pccauit ex infirmitate q̄ corpi ꝯiūct⁹
angel⁹ aūt ex malicia. De q̄ Gre. in mo. An
gelo⁹ spūs irremissibiliꝫ pccauerūt. q̄ robu
stius stare potuerūt. bō vo propter corpus infir
mū veniā meruit. ps. lxxvij. Ipe aūt est mi
sericors ⁊ ꝓpici⁹ fiet peccatis eo⁹. ⁊ nō disp
vet eos ⁊ abūdauit vt auerteret irā suā. ⁊ ñ
accēdit omnē irā suā. et recordat⁹ ē q̄ caro
sunt. Quarta rō q̄ intellect⁹ būan⁹ tardus
est. nec subito cognoscit q̄d faciendū sit: nisi
p discursum. ꝫ intellectus āgelicus simplex
⁊ velox est. Quīta rō rōne indispositōis. q̄
dyabol⁹ nō p̄t se disponere ad grām. ¶
Ad quā dispositōez duo exigūtur scz natura
⁊ stat⁹. nat̄a vt possit simul gaudere et dole
re. vt dicet aug. li. de pēnia dicēs. Vere peni
tēs de pctō doleat. et de dolore gaudeat. Sz
q̄ angelus est subā simplex nō ꝓpositⁿ ex co
pore ⁊ anīa q̄ñ gaudet tot⁹ gaudet ⁊ tot⁹ se p
uertit q̄ se diuertit. iō nō bz dispositōez ad ḡ
tiā rōe nat̄e. Scōo vt q̄s se disponat ad gra
tiā req̄rit stat⁹. q̄ dyabolus post casū nō ē
in tali statu. eo q̄ dicit Damasce. q̄ homib⁹
est mors. angelis ē casus. q. d. Sic̄ hoīes p⁹
mortē nō pñt se ad grām disponere eo q̄ nō
sunt in statu merendi. sic nec angeli mali. Iō
aug. Angel⁹ in lapsu despauit. iō ad gratiaz
se disponere nō potuit sed statī a deo finali
ter ſñiatus fuit. Sz bō non despauit. iō effe
ctū dilcōis dei ꝓsecut⁹ ē. Tercio īmensitas
dilcōis dei oñdit in dono pciositate. cū dicit.
Vt filiū suū vnigenitū daret. O si milisz an
gelū magna esset dilectō. ꝫ misit filiū ec̄ vni
genitū. Si habuisset plures filios ⁊ dedisset
nobis vnū magna esset dilectio. sz ex q̄ habu
it vnigenitū sibi eq̄lem ꝓsubstantialē ⁊ coet
nū ⁊ eūdē dedit abūdās ē dilectio. Vñ Sy
mon de cassia. Ita de⁹ dilexit hoīem creatū.
vt daret filiū suū increatuz. Sic de⁹ ꝓ hoīe
fili⁹ ꝓ quo est dat⁹ in redēptōem. Et dic̄. de
dit. nō vendidit. q̄ oīa nīa opa nō possent p
parari tāte dilectōi. De q̄ Isa. xiij. Pr̄ecio
sior erit vir auro ⁊ hō mōo obrīso. Reuera
Nam dr. i. De. i. Nō redēpti estis auro aut
argēto. sz sanguine agni. nō dicit. accomoda
uit nob filiū sz dedit. q̄ ex q̄ semel assumpsit
būanā nat̄az nūq̄ dimisit. sed adhuc agit ne
gociū nr̄m coā pr̄e. p nob interpellādo. Vñ
i. Job. ij. Aduocatū hēmus apud deū pr̄em
q̄ est ꝓpiciatio. p pctis nr̄is. Ecce q̄ta dile
ctio in pciositate doni. Iō Hugo in li. medi
tationū. Quid āplius de⁹ debuit tibi face
re ⁊ nō fecit. cū nō eras creauit te. pctī fuuz
⁊ dyaboli te feceras ⁊ redemit te. in mūdi pe
riculo ambulabas angelū dedit tibi in custo
dē. per se venit ad te. mortē sustinuit turpissi
mā. p te vt te vuificaret. De q̄. i. Corin. xv
Sicut in adā oēs moriūtur. ita in xp̄o oēs
vuificabūtur. q̄d igit̄ retribues. p tāta dile
ctōe. Rñdit Hugo. in li. de arra anie. Nihil
possum⁹ deo. p bñficijs repēdere q̄ reamare
Igit̄ q̄ tū potes tm̄ dilige. mēsura tua. ptās
tua. Itē dilexit nos in infinitū. vt dic̄ Ber.
Amat īmensitas. amat eternitas. amat nos
deus cuius magnitudinis nō ē finis. Vt igi
tur eius voluntati coresp̄ondeam⁹ in infini
tū diligere dēmus. R Quarto immen
sitas dilectōis eius ꝓsiderat in doni vtilitate
de q̄ subdit in textu dicēs. vt oīs q̄ credit in
ip̄m nō pereat sed habeat vitā eternā. s. q̄ cre
dit fide formata. Dicit nāq̄ Piero. Quid
pdest si voce inuocas quē ope negas. Ideo
Gre. Ille ve credit qui exercet opando q̄d
credit Jacobi. ij. fides sine opib⁹ mortua est
iō de pēnia di. ij. §. charitas In xp̄m credit q̄
charitatē bz. In xp̄m quippe credere ē amā
do in ip̄m tēdere. Hec ei est fides vt diffinit
ap̄s q̄ p dilectōez opat̄. Subdit. nō enī mi
sit de⁹ filiū suū in mōm vt iudicet mōm sed
vt saluet mōs p ip̄m. q̄ī p̄ro aduētu nō ve
nit ad iudiciū dānatōis sz saluatōnis. ps. lxi
Ab ipo enī salutare meū Et Luc. xix. Venit
enī fili⁹ hois q̄rere ⁊ saluū facere q̄d perierat

Dicē enī ſan. Tho. pte. iij. Sufficiēs medicamētū q̄ad ſufficientiā datū ⁊ collatū eſt p xp̄m medicū. Nā ſm Aug. q̄tū in medico ē oēs infirmitates curare, ꝓponit ſz ſeip̄m intrinſit. q̄ p̄cepta medici nō ſuat S Dixi ſcdo ſubdit eterne dānatōis cālitatē dicens q̄ credit i eū nō iudicat. ſ. iudicio dānatōis. q̄ ſcz credit fide formata Et fides formata ſecūdū Aug. eſt q̄ opat̄ p dilectōez. nā charitas eſt forma fidei. De q̄ Ber. ſup cañ. ſmone. xxvi. Separatio a charitate eſt mors fidei Jō ſciēdū ꝙ ꝑa fides ꝓſiſtere ꝺz in tribꝫ. ſ. in corde ore ⁊ ope. Prīo in corde ſine dēſitatione. q̄ dī de here. c. dubi⁹. Dubi⁹ in fide infidelis. et Arbanaſi⁹. Quā niſi q̄ſq̄ fideliter firmiterq̄ crediderit ſaluus eē ñ ꝑterit. q̄ corde credit̄ ad iuſticiā ro. x. Jō Ja. i. Jn fide nil dēſitās. q̄ enī dēſitat ſimilis ē fluctui maris q̄ a vēto mouet̄ ⁊ circūfert̄. ⁊ ſic inanis ē fides dūbitantis. Jō Eccī. ij. Ue diſſolutis corde q̄ nō credūt deo. ⁊ iō nō ꝓtegēt̄ abeo q̄ ꝑter portamur in Cañ. xxiij. q. i. A recta inq̄t. A recta fide ⁊ aplica tramite, ꝓter vllā ꝓturbatōez nolite recedere. q̄ ꝺ. Aug. de ꝑa innocētia. Sine fide falſa ē oīs vt⁹ etiā in bonis moribꝫ. Scdo fides ꝺz ſtare i oris ꝓfeſſione ſi hō interrogat̄ de ea a fidei ꝓfectoribꝫ. nā dī apls Ro. x. ore fit ꝓfeſſio ad ſalutez. vbi dī glo. ordinaria. Nihil ꝓdeſt in corde eſſe q̄d ꝑm eſt ſi hoc ꝺz in voce q̄d eſt falſum. q̄ ꝑitas eſt credēda ⁊ ꝓfitēda. Nō enim perfecte credit. qui hoc quod credit nō confitetur ore. vt patet de ſancto petro: qui ore negauit chriſtum. quem tamen corde ſciuit ſic ⁊ pri⁹ ꝓfeſſus fuit eſſe filiū dei viui. et ſic peccauit. nō Mat. x. Qui ꝓfitebit̄ me coram hoīb⁹. ꝓfitebor ⁊ ego eū co. pa. meo. q̄, ꝓter ꝺz de ſumma trinita. et fide catho. Firmiter credim⁹ ſcz corde. ⁊ ſimpliciter ꝓfitemur ſcz ore T Sed dice. Eſt ne ſp necciuz ad ſalutē ꝑbis ꝓfiteri fidē. Rñdet ſan. Tho. ij. ij q. iij. ar. ij. d. Confiteri fidē nō ſp ⁊ in omni loco ē de neccitate. ſz aliq̄ loco ⁊ tpe ſcz q̄n per obmiſſionē hmōi ſubtraheret̄ honor debit⁹ deo. vel etiā vtilitas ꝓximis ipēdēda. vt ſi aliq̄s interrogat⁹ de fide taceret. et ex hoc crederet̄ q̄ nō hēret fidē. vel q̄ fides nō eēt vera. vel alij ꝓ ei⁹ tacit̄ nitatē auerteret̄ a fide. Jn hmōi caſibꝫ ꝓfeſſio fidei ē de neccitate ſalutis

Tercio fides ꝑa ꝺz ſtare in opis ꝓpletione. Jſiō. Btūs eſt q̄ bñ credit ⁊ credēdo bñ vi uit. ⁊ſ nō iudicat̄ ſcz iudicō dānatōis. Sz de ſ ꝺz Mar. vlti. Qui crediderit ⁊ bapti. fue. ſal. erit. q̄ aūt nō crediderit iā iudicat⁹ ē. ſcz in dei p̄ſcia. De q̄ aplus. ij. ad Thimo. ij. Nouit dñs q̄ ſunt ei⁹? Jō Aug. Nōdū apparuit ad iudiciū ⁊ nā factū ē iudiciū ſcz in dei p̄ſciētia Dicē nāq̄ Crik. Sicut adā eodē die q̄ comedit de ligno, ꝓhibito mortu⁹ ē. i. morti deputat⁹. De q̄ Geñ. i. In q̄cūq̄ hora comederitis morte moriemī Sic infidel iudicat⁹. i. iudicō dānatōis deputat⁹. q̄ nō credit in noīe vnigeniti filij dei in q̄ ſolū ē ſal⁹? Actuū iiij. Nō ē aliud nomē ſb celo in q̄ ſaluari oportet niſi in noīe dñi nr̄i ieſu xp̄i. Hoc ē iudiciū q̄ lux venit i mūm. i. ſpūſſanct⁹. De q̄ Aug⁹ Spūs. ſ. illūinās intellectum accēdēs affectum. De q̄ canit eccia. O lux btiſſima reple cordis intima tuoꝝ fideliū. Nā ſine tuo numine nihil ē in hoīe. i. nulla ꝑa ⁊ ꝑfica cognitio. Uñ ank. Sic aer p̄ñte lumie fit lucidus. abſente obſcur⁹. ſic hō illūinat̄ in cognitōe ſuoꝝ defectuū ſpūſancto p̄ñte. ꝺ q̄ Beda Alia nr̄a a lumie ꝺo illūinat̄ q̄ nō extinguit̄ ꝑs. Jn lumie tuo videbim⁹ lumē. i. vrā cognitōez. U Sz ꝺcu aliq̄ ſūt adhuc i obſcuritate ꝓſcie. de q̄ ꝺb. aug. i ſoliloq̄o Ue cecj oculi q̄ te eternū lumē nō vidēt. tenebras diligūt. in tenebris ābulāt. de tenebris ad tenebras vadūt. de tenebris interioribꝫ ad tenebras exteriores. De q̄bus ſubdit. dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ lucē. i. pctā q̄ ſſ. gratiam q̄ opa eoꝝ erāt mala. De q̄ꝺ Ro. xiij. Abiiciam⁹ opa tenebrarū Ambro. tenebrarū opera ſunt vicia. nā oīs q̄ male agit odit lucez. i. ſſ. gr̄az Job. xxiij. Jpi fuerūt rebelles lumini id ē ſſ. Nota di. ſan. Tho. in. ij. ij. q. xiij. ar. i. peccare i ſpm̄ſanctū ꝓtigit duplicit̄. Prīo mō q̄ peccat̄ in ꝓſonā ſſ. ſic illi q̄ dixerūt. ſſ. eē creatām. vt hī de ꝓſe. di. iij. hi ꝺo vbi dicit̄ Fuerūt q̄dā hēretici q̄ dixerūt puerſo ſenſu. ſſ. eſſe q̄ndā p̄rauū hoīez mōtanū ⁊c. Scdo q̄n peccat̄ ꝓtra attributū. ſſ. ꝺ bonitatē vt ꝺ. Hilari⁹. Pctm̄ in ſpm̄ſanctū eſt q̄n ex ꝓcēptu ⁊ malicia abiicit̄ illud p q̄ꝺ hō a pctō retrahit̄ Et ſunt ſex. duo ex pte dei ſcz mia ⁊ iuſticia. contra mīam eſt deſpatō vt Cayn Geñ. iiij. Maior ē iniq̄tas mea q̄ vt veniam mereat.

Ber. Vētiris cayn maior est dei misericōia q̄z oīs nr̄a miseria. Idez. O res ꝓfusa. o res mō struosa cū oīa nr̄a crimīa sunt q̄ vna gutta re spectu totī⁹ maris. Cōtra iusticiā ꝓsumptio cū q̄s ꝓsumit q̄ de⁹ pctā nō punit. De quib⁹ Eccēs. viij. Sunt impij q̄ ita securi sunt q̄i iu stoꝝ facta habeāt ſz̄ ꝺ vanissimū iudico. ꝑs xlix. Existimasti iniq̄ q̄ ero tui silis arguā te et statuā ꝯ faciē tuā Aug. Nullū malū impuni tū nullū bonū irremuneratū Cōtra ꝓsumpti onē bī Exo. xx. Ego dñs fortis zelotes. id ē amatoꝛ iusticie visitās iniq̄tatē patrū in ter/ciā ꝛ q̄rtā gñationē. Idcirco scribit Eccī. v. De ꝓpiciatu pctoꝝ noli esse sine metu. Et subdit. neq̄ adiicias pctm̄ sup pctm̄. et ne di cas. mīa dei magna ē. mīltitudīs pctoꝝ meo rū miſebit ꝛc. ✠ Itē in eccīa duo sunt scz̄ fides eccīe. et gr̄a in sacerdote. Cōtra pr̄i mū ē impugnatio vitatis agnite. ꝯ scōm in/uidia fraterne gr̄e. Nā terciū pctm̄ in spiri/tūsanctū ē impugnatio vitatis agnite De q̄ Ambro. Veritas a q̄cūq̄ est a ſſ. ē. signanter veritas fidei. Naz fides tāte vtutis ē q̄ dic̄ apl's ad Gal. i. Sz̄ ſz̄ nos aut angel⁹ de celo euāgelizet vobis ꝓterq̄ q̄ euāgelizauimus vobis anathema sit. Qui enī impugnat fidē eccīe peccat in ſſ. vt bī. xxiij. q. i. alien⁹ dic̄ canō. Alien⁹ ē. ꝓban⁹ est. hostis ē. bī̄e non ꝓt deū pr̄em q̄ vniuersal'eccīe nō tenet vnita tē. Et de talib⁹ ꝺz. ij. Pe. ij. Vel⁹ erat illis nō cognoscere viā iusticie q̄z ꝓt⁹ agnitā re/trorsum puerti. Quartū peccatū ē inuidētia fraterne gr̄e vt q̄ bōa male exponunt ex inui/dia. De q̄b⁹ Isa. v. Ue vobis q̄ dicitis bonū malū. Et illudit. De q̄b⁹ Prouer. ij. Ipse deludet illusoꝛes. Et itē. Abominatō est dñi oīs illusoꝛ. Itē in pctōꝛe duo. primū doloꝛ ꝺ ꝓmissis. ꝯ hoc est obstinatō Eccī. ij. Coꝛ du rū male hēbit in nouissimo Ber. Coꝛ durū n' ꝓpūctōe scindit' n' amoꝛe mollit'. Scōm ē ꝓpositū nō peccādi. ꝯ ꝺ est finaľ ip̄ia. aug. de pe. et habet' ꝺ pe. di. vij. c. nullus. Qui im penitēs mozit' oīno mozit' ꝛ eternaľ cruciat' q̄ sp̄ sine charitate sp̄ plen⁹ iniq̄tate toz̄q̄bit' sine fine. Et iō illud Mat. xij. Qui peccat in sp̄m̄ sāctū nec hic nec ī futuro remittet' ei. ītel ligit' de finali impenitētia. alia ꝺo dū sunt in p̄nti vita p̄nt esse remissibilia. attn̄ pctm̄ in ſſ. ꝺz̄ irremissibile. q̄z nō hz̄ aptitudinē ad illud ꝓ qꝺ remittit'. Vbi gr̄a. Socrates ꝛ plato h̄nt candē infirmitatē. vnus recipit medicinam ꝓ quā alleuiat'. alter nō. et sic vn⁹ ꝺz curabil' alter incurabil'. Sic ꝛ pctm̄ in ſſ. ꝺz̄ irremis/sibile. q̄z repellit remediū remissiōis. gratiā scz̄ sp̄ūssancti.

Feria tercia post festū sancti. s. Sermo. ci

Ego sum ostiuz ꝓ me si q̄s introierit saluabit' Joh. x. et legitur hodierna die ꝓ euāgelicali officio. Y Videmus ad sensum. in q̄busdaz turribꝫ ad custodiēdū aliq̄ loca deputat⁹ q̄ in his hī o/stiū elevatū a terra ꝓ qꝺ intrat'. et ē situ q̄i in medio turris vt null⁹ intrare possit sine con sensu ꝛ adiutoꝛio illi⁹ q̄ turrī custodit. Unde si vult aliq̄s ibi intrare ꝓcit sibi funiculum ꝛ illū sua ꝺtute trahit de terra vsq̄ ad ostiū q̄ apto intrat ꝓ eū. Spūaľ celū empirreum ē fortissima turris ꝓ qꝺ cūcta custodiūt' cui⁹ ostiū ē elevatū a terrenis. q̄z ibi ē ip̄e dei fili us scꝺa ꝑsona in trinitate. Sine c⁹ ꝑsensu ꝛ adiutoꝛio illuc venire nō possum⁹ Unī Joh. vi. Nēo ꝓt venire pt⁹ me nisi pater me⁹ tra xerit illū. Hec tractio fit ꝓ aduētū. ss. ad nos ob cui⁹ ꝺtutē hō trahit' ad supna. Unī ita ē de eo sicut ꝺ vēto turbinis. De q̄ dic̄. pbūs q̄ de nubib⁹ missus ad terrā descēdēs superi us trahit paleas ꝛ puluerē ꝛ q̄nq̄ boīez. sic ſſ. a p̄re ꝛ filio missus descēdēs ad nos in altū rapuit paleas ꝛ puluerē. i. peccatoꝛes. ꝛ ali/q̄ boīes. i. iustos ꝓm rōem viuētes Actuū viij. Spūs dñi rapuit ꝓbilippuz. De isto turbine ꝺz. iij. Reg. ij. sub figura. cum dñs vellet elevare helīā ꝓ turbinez in celum ecce curr⁹ igne⁹ ꝛ eq̄ ignei. ꝛ ascēdit helias ꝓ tur binē in celū. Et sic nos si cupim⁹ illuc alcen/dere ꝛ eternā salutē inuenire optet q̄ hoc fiat ꝓ ostiū. i. xp̄m ꝛ ostiariū. i. ſſ. q̄z ip̄e dixit Jo/hā. xiij. Nēo venit ad p̄rem nisi ꝓ me. De q̄ thema. ego sum ostiū. In summa euāgelij duo innuūtur. Prio docet rectū ingressuz ī eccīam. Scꝺo subiūgit recti ingressus igno rantiā. Primū ptz̄ in principio. Scōm ibi. il li aūt nō ꝓgnouerunt. De prio dicit. In illo tpe. scz̄ cū pharisei eiecissent cecum natura a xp̄o illūinatū de tēplo. tūc voluit eos oīdere

non veros pastores esse sed fictos. dic̃ amen amē dico vobis.qui nō intrat p ostiū in ouile sed ascēdit aliūde ille fur est ⁊ latro. ¶ Pro q̄ sciendū.multiplex est ouile. Primū est eccīa militās scz congregatio populi fidelis Michee.ij.Congregabo pl̄m iacob totū in vnū ⁊ ponā eos q̄i gregē in ouili cui⁹ pastor est xp̄s Joh.x.Ego sum pastor bonus.Re/uera bonus.nam dabat oues suas in eccīa cor pore suo ⁊ sanguine. Ostiū ē sacra scriptura Coloceñ.iij Orātes ut deus aperiat nob ostium ꝓmonis ad loquēdū misteriū xp̄i.quia p ostiū aptū manifestant interiora dom⁹.et sic p scripturas cognitio dei delitiosa manifesta tur Apoc.iij.Vidi ostiū apertū in celo.i.in/tellectū misterio⁹ veteris ⁊ noui testamenti quā scripsit ⁊ apertā fecit electis ipe ss. Item sacra scriptura dr ostiū. Nā sicut ostiū ꝓhi/bet lupos intrare ouile.sic sacra scripta mu/nit ecclesiā ne lupi.i.infideles occidāt oues. id est aīas fideles eorū falsitate.ij.ad Thi/mo.iij. Omnis scripta diuinit⁹ inspirata vtil est ad docēdū arguendū ⁊ corripiendū.s.ho/stes ecclesie.sed ostiari⁹.i.ss.debet aperire nob hoc ostiū scripture Joh̄.xiij. Paraclitus spūssanctus suggeret vobis omnia. et Joh̄. xvi. Docebit vos omnē veritatem. Idcirco dū hoc ostiū volumus aptuz h̄re. optet nos ostiariū.i.ss.inuocare.q⁹ dicit Ambro. Veri tas a q̄cūq̄ dr a spūsancto est. et q̄ nō intrat per hoc ostiū.i.per xp̄m qui veritas est ī ouile sacre scripture sed p falsas exposit̄es fur est ⁊ latro.i. Thimo.vi. Si q̄s aliter docet ⁊ nō acquiescit sanis ꝓmonib⁹ dñi nr̄i iesu xp̄i ⁊ ei q̄ sm pietatē est doctrine supbus ē et nihil scīēs ⁊c.imo verus hereticus.vt h̄ in canone xxiij.q.iij.hereticus. Hereticus ē qui aliter sa/cram scripturā intelligit q̄ sensus ss.eflagitat. Istud ostiū sacre scripture voluitur in duob⁹ cardinib⁹.s.in dilectōne dei ⁊ primi Math. xxij. In his duob⁹ p̄ceptis pendet vni.lex ⁊ ꝓphete. ¶ Et hoc ostiū nō est omnibus aptū. Sz q̄re. Rñdet Crisp.sup Mat.x.vt sit ordo inter doctores ⁊ discipulos. Si enī omnia in sacra scripta essent nuda et apta q̄s omnia in digeret interpte. Deus enī voluit alios face re doctores.alios discipulos. Jō dixit p Isa. Loquimini sacerdotes ī cordib⁹ populi. nā si oēs omnia scirēt doctor nō esset necessarius et sic ordo esset cōfusus.etiā voluit alios di/scēdo cognoscere Deutro.xxxij. Interroga patrē tuū ⁊ annunciabit tibi.maiores tuos ⁊ dicēt tibi. Secūda ratio vt boies studiose labo rantes ⁊ labore sciam exquirētes mereātur hoc q̄ ociosi nō p̄nt ⁊ p orōes impetrēt scīē tiā. Ideo Crisp. Nō est obstructa in scriptu/ris vitas sed obscurata. vt qui querāt inue/niāt.qui nolūt q̄rere nō videāt.q̄rētib⁹ dat in salutē nō q̄rentib⁹ abscondit in dānatōez nec p̄t esse excusatio dānatōis ignorātia veri tatis. Unū Hiero.in plogo sup Isaiā. Igno rātia scripturarū est ignorātia xp̄i.⁊ h̄ in ca none.xxxviij.di.q ea. Qui ea q̄ dei sunt sa/piūt a dño sapiūtur.et qui ea que dei sunt ne sciūt a dño nesciūtur. Et.i.Corint.xiij. Ig norās ignorabit Et Sap̄.xiij. Vani sūt om nes boies in quib⁹ nō est scīa dei.nā sic ostiū facit euitare dānū in ouili.sic sacra scriptura facit multa euitare crimīa. de q̄ in ca.xxxviij di.sicut inquit. Sicut stellas celi nō extin guit nox.sic mētes fideliū firmamīto sacre scri pture inherētes nō absorbet mōana iniq̄tas Ideo Hiero.ad rusticū monachū.et h̄ de p̄se.di.v.in.c.nunq̄. Anima sciam scriptura/rū ⁊ carnis vicia nō amabis.ꝓpter quod di. Gre.sup Ezech. Oēs electi q̄ eternā patri/am dēliderāt legere vel audire v̄ba vite dñt q⁹ dicit Hugo de archa Noe. Sacra scrip/tura ē liber vite ⁊ qui nō intrat p hoc ostiuz id est p verū intellectū scripte quā ostiarius id est. ss.aperit ille fur est ⁊ latro. Nā d. Au/gusti. Maior est sacre scripture auctoritas q̄ būani ingenij p̄spicuitas.ij. Pet.i. Non voluntate būana allata ē aliq̄n ꝓphetia. sz ss. inspirati locuti sūt sancti dei. Joh.v. Scru/tamini scripturas in q̄b⁹ putatis vos habere vitā eternā. Jō subdit. Qui ascēdit aliunde scz per superbiā ꝓpriū intellectū sectans. sicut iudei Mat.xv. Irritū fecistis mādatum dei ꝓpter traditōes vras.tales sunt fures.quia rapiūt gloriā alienaz.et latrones.q⁹ alios in animo occidūt.vt sunt tpe pauli.ad Gala.i. Sunt alīq̄ qui vos p̄turbāt ⁊ volūt cōuerte/re euāgeliū xp̄i. Sed licet nos aut angel⁹ de celo euāgelizet vobis p̄ter q̄ qđ euāgelizaui mus vobis anathema sit. Jō deus permittit multos lupos.i.hereticos ī ouili eccīe vt re fugium habeamus ad hoc ostiū.i.ad sacram

scripturā. De quo hr̄ in cano. xxiiij. q. iij. iō
Ideo diuina ꝓuidētia multos diuersi erro-
ris hereticos esse ꝑmittit vt cuꝫ interrogant
nos ea q̄ nescimus sic excutiamus pigritiaꝫ
ꝛ diuinas scripturas cupiam⁹. B Se-
cundū ouile ē vita penitētialis vel vita v̄tu-
osa. hāc intrare dēmus duobꝫ pedibꝫ scꝫ in-
tellectu ꝛ affectu. intellectu veritatis ꝛ affe-
ctu bonitatis. et pedes. i. affectus dn̄t eē mū-
di Job. xiij. Qui lotus est nō indiget nisi vt
pedes lauet. Attn̄ introitus dꝫ fieri per ostiuꝫ
id est ꝑ rectā intentōem. qꝛ dicit alexander
papa. et hr̄. xv. q. vi. Si sacerdotibus Non
sunt attēdenda que fiāt sed quo animo fiant
Nā s̄m Gre. xxviij. mo. Qui rectā intētōꝫ
in ope nō tenet totū opus amittit. Sed osti-
arius. i. ss. debet apire hoc ostiū. i. rectā ꝛ ve-
rā intentōem. Vn̄ p̄s. Spūs tuus bon⁹ de-
ducet me in viā rectā. et q̄ aliunde ascendit.
id est ꝑuersam intētōem hꝫ. fur est ꝛ latro qꝛ
sponte ascēdi patibulum crucis. vbi gustaui
amaritudinē mortis. ⁊ tēpestas dimersit me
scz feuicia ⁊ impetus iudeoz ad sīlitudinem
Jone quē cetus absorbuit. sz tercia die euo/
muit. Jone.ij. Quīto alligauit vlnera eius
p sacramētoz appositōem q̄bz q̄i q̄busdā fa/
scijs pctōz vlnera cohibent. Isa.xxx. Alliga
uit dñs vulnera ppli sui ⁊ pcussurā plage ei⁹
sanauit. Eccī.vi. Uincula illi⁹ alligata salu/
tis. infundēs oleū ⁊ vinuz. in oleo significat
misc̄ia q̄ generat spem. in vino iusticia q̄ co
gnoscit timorē. ⁊ iuste vtrūq̄ p̄iūgit ne spes
degeneret in p̄sumptōem. vt timor declinet
in desp̄atōz. ps.xxxiij. Dulcis ⁊ rect⁹ dñs. Sz
oleū p̄fert ⁊ supfert vino. q̄ mia superal/
tat iudiciū. Jac.v. Postpōit vinū. q̄ timor
p̄stantiu⁹ ē oīm. Eccī.xxij. Si non in timore
dñi tenuerit te instāter. cito subuertet dom⁹
tua. Bern. Infudit oleū meis visceribꝫ. infu
dit ⁊ vinū: sz min⁹ q̄ oleū. sic nēpe ꝓgruebat
meis infirmitatibꝫ. vt misc̄ia superaltaret
iudicō quēadmodū vino oleū supfert. Sex
to ponens illū in iumētū suū duxit ī stabulū
⁊ curā eius egit. ⁊ b iumētū fuit corp⁹ ip̄i⁹
Un dic ad p̄em ps.lxxij. Ut iumētū factus
sum apd te. q̄ sic dr. i. Pe.ij. Pctā nrā ipe
ptulit in corpe suo sup lignū. q̄ in nobis a
planta pedis vsq̄ ad vertice ñ erat sanitas.
totū enī corp⁹ p̄ter flagellis. spinis. clauis.
et lancea vlnerari p̄mīsit. vt sic liuore liuorē
vulnera vlnerib⁹ pius medicus. ppulsaret.
Stabulu⁹ est ecclia in q̄ reficiunt animalia

mansueta. Ñ ps.lxvij. Vialia tua bitabūt i ea. ℣ Sequit de statu pegrinatōnis. ℟ altera die scz post resurrectōem. s. in die glie post die mkie. quia ñ volebat diuti? i terra morari cū oportuit eū ad patrē redire. ꝑsum mato nre redemptōis ope. ꝓtulit duos de/narios. i. duo testamēta. ℟ dedit stabulario et ait: curā illi? habe. q? apl's ℟ eoz successo ribus claues ꝓcessit. cū ait Job. xx. Accipite spīm sc̄m quoz. remkitis pctā tc̄. vbi dic̄ glosa q? due claues sunt. s. discretio ℟ ptās ligandi ac soluēdi. bas mīstri ecclie dñt exercere circa curā sanctiati. s. pctōris ad deū conuersi discrete iudicādo diuersitates ℟ circū stātias pctōz. sic̄ dr Ecc̄i. xxv. Oēm plagā et nō plagā videbit cordis. i. discernet inter mortale ℟ ñ mortle. ℟ oēm nequiciā ℟ ñ neq/ciā mlier̄. i. discernet iné venīale ℟ ñ venīale quia ex hūana fragilitate ꝓcedit. ℟ oēm ob/ductū ℟ ñ obductū odientū. i. discernet iné vere ℟ simulatorie penitētes. ℟ oēm vīdictā et ñ vindictā inimicoz. i. discernet cui lenis sit pnīa inūgenda. Et notādū q? pīo agit de us curā pctōris culpam remouēdo. Deinō ꝑ mīstros absoluēdo ℟ pnīam imponēdo, vñ Job. xi. Ihe ꝑ se Lazar̄ suscitauit. deinō di scipulis soluēdum ꝓmittit d. Soluite eum ℟ sinite abire. In quo ꝓz q? inutiliter exbibet cura ministri nisi p̄ueniat cura dei. vñ Gre. Si discipuli lazar̄ mortuū soluerēt. fetētez magis oñderent ēē viuentē. Dñt etiā supero gare. i. sup bonā vitaz ℟ rectā doctrinā ad q̄ tenent opa ꝓfitioz addere. sic̄ apl's qui etiā a licitis abstinebat. d. i. Coz. x. Omīa mihi licent sz nō oīa expediūt. talibus reddz dñs mercedē labor̄ cuz redierit di. Euge fue bo ne ℟ fidelis. q? in pauca fuisti tc̄.

Dominica. xuij.

Sermo. cxlij

Nonne decem mūdati sunt. ℟ nouē vbi sunt. nō est inuent? q̄ rediret et daret gl'iam d̄o nisi hic alienigena Scribit Lu. xvij. et legit hodierna die pro euāgelicali officio ℣ Dicūt naturales. Infirmus volēs adipisci sanitatē debz hē tria. Primo dz sapiēti medico suū defectuz mānifestare. Ñ Ecc̄i. xxxviij. Fili i tna infir mitate non despicias teip̄m. q? altissim? de terra creauit medicinā. ℟ vir prudēs ñ abhor rebit eā vt dr ibidē. Dic̄ nāq̄ Boeci?. Si opus medicātis expectas opz vt vuln? de/tegas. Secdo p̄cepta medici dz seruare. q? sm Gre. seip̄m interimit q̄ seruare negligit medi ci p̄cepta. Tercia sanitate adepta dz regra/tiari medico. iuxta illd̄ poete. Bñficij mēor esto. Spūalr. Sic nos oēs infirmi. Ñ ysa. .i. Oīne caput languidum ℟ oē cor merēs. Idcirco querere dēm? sapiētē medicū. i. do minū deū. q? scribit Ecc̄i. xxxviij. A deo est omīs medela. huic debem? manifestare no/strā infirmitatē. iuxta illd̄ Isa. xlij. Narra si quid bēs ut iustificeris. s. sacerdoti loco dī De quo Aug. et hī de pe. di. i. Quē penitz. Quē penitz oīno peniteat ℟ dolorē lacrimis oñdat. repñtet vitam suā deo ꝑ sacerdotes. p̄ueniat iudiciū dei ꝑ confessionē. Ñ ps. xxx vi. Reuela dño viā tuā ℟ spera in eo ℟ ipe fa ciet. i. operabit sanitatē. ps. cij. Qui sanat oēs infirmitates tuas. Secdo requit vt p̄cepta me dici fuet. Ecc̄i. iij. Que ꝓcepit tibi de? illa cogita sp̄. q? scribit Ecc̄s. viij. qui custodit ꝓceptū nō experiet quicq̄ mali. sz bō faciēl vi uet in eis. Leui. xviij. taz hic in gra q̄ ibi in gl'ia. iuxta illd̄ Mat. xix. Si vis ad vitā in/gredi. mandata. Tercio sanitate adepta dz regratiari medico. Ñ Ecc̄i. xxxviij. Ho nora medicū ꝓpter necitatē. Vn dic̄ Cassio. sup ps. lxxvij. Nimis im,pbū ē bñficia cape et de ꝓceptis grās nō referre. Propt̄ quod apl's dicz. i. Thessa. v. Sine intermissione orate in oībus grās agite. hec est eiz volūtas dei. Vn sm Aug. ad aureolū. Nil melī? agō gerimus aut ore ꝓmimus aut calamo exprimimus q̄ vt deo grās agam?. ecōuerso dic̄ Bed. Nil ita displicz deo sic̄ ingratitudo q? ingtitudo est ventus vrēs siccās fontē pieta tis. Quales fuer̄t isti nouē hic mūdati quia xp̄o de beneficio sanitat̄ ingrati. ꝓpter qđ d. ibus: nōne decem mūdati sunt tc̄. ✠ In sūma euāg. duo innuunt. Prio supplicatō le ꝓpz ꝑ corpis sanitate. Secdo subiūgit ex auditio eoz ex mera pietate. primū pz in pn cipio. secdz ibi. q̄s vt vidit d. ite ℟ oñdite vos sacerdotibꝫ. De primo dicit. In illo tpe. sez feria sexta añ palmaz. cū dñs post suscitatōz lazari vltimā faceret viā in ihr̄lm. de q̄ dicit

P

Sermo

Dum iret ihs in ihrlm ābulabat p mediaz samariā ⁊ galileaz. Glo. dic. Samaria erat terra gentiū. Galilea vo iudeoz. trāsibat p mediū vtriuscz regiōis ad dēsignādū q̄ voluit pati p duob⁹ pplis. s. p iudeis ⁊ gentib⁹ de q̄ ad Ro. viij. p nob⁹ oīb⁹ tradidit illum. Dic. s. Tho. pte. iij. hoc est vez q̄ ad sufficientiā: nō aūt ad efficaciā. dic Theo. voluit etiā ideo ire p mediū vtriuscz regiōis ad designādū q̄ volut esse mediator q̄ vtrūcz coniungeret. de q̄ apls ad Ephe. ij. Ipe est pax nostra q̄ fecit vtracz vnū. ⁊ mediū parietem macerie soluens inimicicias. vnde. s. pli ad altez in carne sua. Tūc subdit. Cuz ingrederet quoddā castellū occurrerūt ei decez viri leprosi. dicit glo. Excludebant ab opidis ⁊ vrbib⁹ q̄i immūdi scōm legē Moysi. ⁊ tales simil habitabāt. sic hodie ōbet esse vt ē a pprobatū a iure. ⁊ hī de purificatōe p⁹ partū. ca. cū dicat aplus. vbi ōr q̄ leprosi dēbāt sil habitare a sanis sepati. ⁊ pprīā debent hre ecclīam. s. ne sani ab ipis inficiant. Hō tñ mō q̄ vir sanus mulierē leprosā vel mlr sana vir leprosus debita administratōe ⁊ piugali affectu nec defraudet vt d. Alexander tercius. ⁊ hī de coniugio leprosoz. Peruenit. ℣ Moralr. Per hos decem leprosos significant omēs in pctō mortali exītes. De q̄ haymo. Lepra inuisibil est q̄n varijs pctīs coinq̄nat conscia mā sic aliq̄ lepra est q̄ facit cadere vngues et destruit digitos manuū ⁊ pdū. sic pctūm mortale facit ineptos decē digitos. i. x. māda tra̅sgredi. De q̄ Amb. Pctīm est trāgressio legis dīne ⁊ celestiū inobedientia mādatoz Et mortle pctīm ppat lepre mlris de causis. Prīo q̄ faciē deturpat. scōo vocē attenuat. tercio si occultat crescit. q̄rto alios inficit. quinto a psortio sepat. Primo lepra faciē deturpat. scz pscie ⁊ pt de eo dici illō Treñ .iiij. Quō obscuratū ē aur mutatus ē color optim⁹. Mā pulcritudinē quā deus dederat maclat ⁊ deturpat. vt sic merito possz sibi dici illud Ezech. xvi. Abominabilē feci fili ōcorem tuū. ita vt impleat illō p̄s. v. Virz sanguinū ⁊ dolosuz abominabit dñs. itacz de⁹ñ vult eos cognoscere. dicēdo eis illō Matb̄ xxv. Amē dico vobis nescio vos. Rō psal. xiij. ⁊ lij. Abominabiles facti sunt in iniq̄tatibus suis. Scōo lepra vocem attenuat. sic fit peccatorib⁹ vt dñs deus vocē eoz nō acceptet. Vñ Eccī. xv. Nō est speciosa laus i ore pctōz: necz exaudiat eos. Isa. i. Cū mltiplicaueritis oratiōem nō exaudiā vos. manꝰ enī vre sanguīe plene sunt. i. crīmīe pctōrum. Psal. xv. Iniq̄tatē si aspexi in corde meo nō exaudiet dñs. Job. xx. Scimꝰ q̄ deus pctores nō exaudit scz inq̄ntū pctōres. sine ꝓtritione in malo ꝓposito pseuerātes. Tercio lepra si occultaī crescit. sic scōz Gre. Pctīm dum nō abluīt mor suo pondere ad aliū trahit. vnde fit ñ solū pctīm sz ei causa peccati. nam dū cogitatōi prave nō resistit. deīnō se quit delectatō. deīnde ꝓsensus. post hō opus malū orīt. vt ptz de Dauid. q̄ nō refrenans sensualitatē vidit mulierē Bersabee se lauātem: ⁊ puenit ad malā delectatiōem. deīnde ad opatiōem adulterij. post hō ad homicidiū. Ideo Aug⁹. Nullū pctīm adeo pūū q̄ nō crescat neglectū. Quarto alios inficit lep̄ q̄ est morbus ꝓtagiosus. ⁊ sic pctīm mortle. Vñ eccī. xiij. Qui tetigerit picē inquinabit ab ea. ⁊ q̄ ꝓmunicauerit superbiam. Jō puer. i. Fili mi si te lactauerīt peccatores ne acq̄escas eis. q̄ dic p̄s. xvij. Cū sctō scīs eris: ⁊ cū puer. pū. ppt q̄ scribit Nūeri. xvi. Recedite a tabernaculis impiorū et nolite tāgere q̄ ad eos ptinēt ne involuamini pctīs eoz. Vñ. xxij. q. iij. Quisq̄s. vbi dicit. Quō incorrupt⁹ poteris pmanere: q̄ corruptis sociaris. q̄ hī. xl. dist. c. Clerici⁹. Ad societatē requirit ꝓcordia moz. Unde poeta. De ꝓsorte malo fit mēs tua sepe egra Et. xxiij. q. iij. resecāde. Resecande sunt putride carnes: ⁊ scabiosa ouis a caulis ē repellenda: ne totus tomus massa corp⁹ ⁊ pecora ardeant. corrūpant. putrescāt. intereant. Quito lepra a ꝓsortio sepat. Vñ leuit. xiij. Leprosꝰ extra castra hītabit. ⁊ sic pctīm sepat a deo ⁊ ab āgel. Mat. xiij. Exībūt āgeli et separābūt malos ꝺ medio iustoz. sic prim⁹ angelus leprosus effect⁹ sepat⁹ est ab angel aliis mūdis. ij. De. ij. Si enī peccantib⁹ angelis nō pepcit dē. q̄nto min⁹ boī impio. sz dicet ei illud Isaie. xxvi. Tollat impi⁹ ne videat gl̄iam dei. nā scribit Apoc. xxi. Nō intrabit in eā aliq̄d coinq̄natū q̄ ipe est candor lucis eterne ⁊ speculū sīne macla ꝺi maiestatis. Sap. vij. Idcirco oportz vt sint mūdo corde q̄ deū

videbunt. Matb. v. ℣ Si igit̄ maclati sumus hac infirmitate. vicz lepza mortalis peccati. videam⁹ nūc de mō curatōis ⁊ mū dationis quō dēmus mūdari. Rñdet̄ ad sa nandū lepzā anie q̄ ad ℔ mēbz lex requrūt̄ Primo diuina illūinatio. scdo nr̄e volūtatz cū diuina ꝓformatio. tercio a pctis cessatō. qrto pctī vilitatis ꝓsideratō. quinto cordis deuo tio. sexto vocalis orō. Dixi ꝓio ad sanādā lepzā aīme req̄rit̄ diuīa illūinatō. Ūñ Gre. xvi. mor. Si lumē p̄ueniētis gr̄e nos non irradiaret. pfecto mēs nr̄a in pctō⁹ tenebr̄ obscura remaneret. ꝓpter qđ aplus mutat⁹ de pſecutore in ꝓdicatorē dixit. i. Corin. xv. Gr̄a dei sum id qđ sum. Hā scdm aug. Si ne gr̄a dei nec infantes nec etate grādes sal uari possunt. Jō saluator dic̄ Joh. xv. Sin mendil potestis facere. iō opt̄z ad sanandū lepzā aīe q⁹ Jh̄s ingrediat̄ castellū cordz̄ no stri p̄ gr̄ām mouentē libez arbitriū nr̄m ⁊ il luminantē tenebras cordis. Nam. d. Aug⁹. Gratia ē lumē aīe faciēs boīem pctī suum agnoscere. de q̄ gre. Quāto q̄s maiorē gr̄am recipit: tanto magis reꝑbēsibilē se cog̃scit ⁊ ad ad amorē inflāmat̄. Ūñ Crys. Nulli dubiū cū xp̄s ingredit̄ cor pctōris ⁊ inueit qđ suuz nō ē. s. pctm̄ destruit illō ⁊ plātat qđ suū ē. s. gr̄ām illūinantē p̄ cordis ꝓtritōem. Jō oīs qui peccauim⁹ sup arenā marz̄ nccē habem⁹ desiderare hodie xp̄z ingredi castellū cordis nr̄i ⁊ illūinare tenebras pctō⁹ p̄ suā gratiā et destruere edificiū diaboli. i. pctā. ⁊ plātare salubrē pn̄iaz dicēdo illō Gen. xxiij. Ingre dere bñdicte dñi cur foris stas. Scdo req̄ ritur nr̄ē voluntatis cū dīna ꝓformatio. Hā dicit Damasc. Aīmalia q̄ sunt liberi arbitrij sunt actuū suoz dñi. mō licz nos de⁹ illūinat p̄ ꝓuenientē gr̄ām. tñ bēmus liberū arbitriū illā inspiratōem suscipe vel spnere. vt hē de pen. di. ij. Cetez. Liberi arbitrij nos ꝓdidit deus. nc ad virtutē nc ad vicia nccitate tra bimur. alioq̄n vbi nccitas nec corona ē. Hā scdz Richd. Gr̄ā bz se ad libez arbitriū sicut sessor ad equū q̄ licz pūgat ipz. si tñ nō vult ire cadit sub ipo. ⁊ sic dō si non vult libez ar bitriū ꝓformare deo manet i pctō. Richar. Sic̄ caput regit totū corp⁹. sic libez arbitriū ꝓpus: q̄ opt̄z libez arbitriū ꝓformari dīne v luntati. Aug. Sicut nō p̄t corp⁹ viuere nisi vnīat̄ aīme. sic nec aīa nisi deo p̄iungat̄. i. cō formet̄. ⁊ tangit̄ ibi. occurrerūt ei. i. se cōfor mādo inspiratōi. Jac. iiij. Appropinq̄te deo ⁊ appropinq̄bit vobis. Aug⁹. Semp p̄sto ē gr̄ā si ñ fuerit repulsa. s. reluctētie. Ad Ter cio req̄rit̄ a pctis cessatio. ⁊ tāgit̄ ibi. steterūt sic pctōz dz stare. i. a pctis cessare. Eccl. ij. Fi li accedēs ad seruitutē dei. sta. i. cessa a pctis vt dixit ibs palitico Job. v. Ecce sanus fa ctus es. iā noli peccare ne deteri⁹ tibi aliq̄d p̄tingat. Sil̄r Joh. viij. dixit mulieri adul tere. Vade ⁊ iā ampli⁹ noli peccare. nā qui nūq̄z vult cessare a pctis ꝓmittit blaspbemiā in spm̄s. cui neq̄z in boc mōdo neq̄z in futuro dñs remittet. Hā dic̄ Aug. i li. ō pnīa. Qui sp plen⁹ iniq̄tate sp sin̄ charitate torq̄bit̄ sin̄ fine. ⁊ Gre. Voluissent impij si potuissent si ne fine viuere vt possent sin̄ fine peccare. iō ad magnā iusticiā iudicis p̄tinet vt nunq̄m careat supplicio in futuro qui nūq̄z voluit ca rere pctō in p̄nti seclo. idcirco sta. i. cessa: qz deus ñ acceptat opa tua in pctis pacta. Ūñ Pius papa de pse. di. v. Nichil. Nihil eiz pdest bō ieiunare. orare ⁊ alia religiōis bo na agere nisi mēs ab iniq̄tate. ⁊ ab obtrecta tionib⁹ lingua cohibeat̄. Quarto req̄rit̄ pctī vilitas ꝓsideratio. ⁊ notat̄ ibi. steterūt a lōge qz verecundātes de imūdicia. ⁊ sic pctōz dz ꝓsiderare. q̄z imūda sunt vicia sup oēm cor palem imūdiciā. nā corpalis immūdicia fetz tm̄ ad eos q̄ ppe sunt. immūdicia aūt spūal pctō⁹ nō tātū fetet ad angelos dei circa nos sz vsq̄z ad altissimi dei aspectum. Ūñ Hugo in li. de bono pscie. Tolerabilioz ē canis pu tridus in ꝓspectu boīm q̄z aīa pctōris in cō spectu dei ⁊ angelo⁹. Hoc ꝓsideras Senec. dicit. Si scirē deos ignoscituros ⁊ domīes ignoturos adhuc peccare dignarer ꝓpter peccati vilitatē. Jō Aug. ⁊ hē de pe. di. i. quē penitz. Quip vos peccastis p̄ vos erubesca tis. Erubescētia eiz ipa magnā bz ptē remis sionis. Richd. Quāto erubescētia maior. tan to in oculi di clarior. Eccl. iiij. Est ꝓfusio ad ducēs gl̄am ⁊ grām. Hā ſm aug. Erubescē tia ō pctō mag̃ est pena. ⁊ facit boīem dignū dei misericōia. Quinto est cordis deuotio. ⁊ tangit̄ ibi: leuauerūt vocē. s. p̄ deuotōz in altū dīne pietatz̄. sic pctōr clamare dz ad dēm cuz deuotōe būili. Hā deuotō est magn⁹ clamor

Sermo

in auribꝰ dei: ita ꝙ vsqꝫ ad celū ꝓtenditur Exo.xiiij. Quid clamas ad me dictū ē moy si ḋñs clamauit. hz cordis deuotōe loqbaī. sīr Anna. i. Re. i. Anna loqbaī in corde suo. tā tūqꝫ labia eius mouebāī. ⁊ vox penit⁹ nō audiebaī. Estimauit ḋz eā Hely temulētaz. dixitqꝫ ei. Vsqꝫq ebria eris: digere paulīsper vinū quo mades. Rñdens Anna. nequaq̄m inq̄t dñe mi. nam mīr infelix nimis ego sum ⁊c. Tunc Hely ait ei. Vade in pace. ⁊ deus isrl̄ det tibi petitōnem tuā quā rogasti eum. Et factū ē p⁹ circulū diey ꝙcepit anna ⁊ peperit. vocauitqꝫ nomē ei⁹ Samuel. qz deo tio est feruida mētis in dū directō. Sic ille ve clamat ad xp̄m ḋ toto desiderio ⁊ tanto nūc querit celestia q̄nto pri⁹ terrena ꝙcupiuit. Hoc ꝙcupiunt Aug. dicēs. O si possem excitare boies ⁊ excitari cū ipis vt tales essemus amatores vite ꝑmanētis. q̄les boies mūdāi amatores sūt b⁹ vite fugiēt̄z Jō legīt in vitas patr̄z: ꝙ abbas Pambo vidit mīerē theatricā in alexādria ornatā ⁊ fucatā fleuit valde. ⁊ alijs interrogantibꝰ cām flet⁹ Rñdit. Fleo qz nō habeo studiū placēdi deo q̄le ista hz ad placendū boibꝰ ⁊ mūdo. Idcirco dicam⁹ cū ps. xxxvij. Dñe añ te oē desiderium meū. Greg. Aime vba sunt desideria. ⁊ Aug. Si lingua taceat ḋ desiderat corde clamat. Aug. ad ꝑfectos religiosoꝝ Nō clamor sed amor sonat in aure dei. Certo est vocalis orō ⁊ deuota ac feruēs. o q̄ feruēter desirabāī isti decē leprosi mūdari a lepra corporali. mīto magis pctōres a lepra spūali. dicē do cū ps. l. Cor mundū crea in me deus ⁊c. Nā pura orō est pctoꝝ purgatio. Mat. xviij Serue necꝫ oē debitū ⁊c. Eccl. xxi. Fili pec casti nō adijcias itez. hz de pristinis depcare vt tibi dimittaī. ꝓpter qd docet Jhs. quotiens hō tangīt vicio totiēs dz subsequi orō. B Dz. d. q̄lis fuit eoꝝ orō. Rñdet prio fuit dulcis ⁊ potentialis. scdo būilis ⁊ obediētialis. tercio mitis ⁊ spūalis. q̄rto cōis sine generalis. Dico prio fuit dulcis. qz a dulci noīe inceperūt. de ḋ noīe Berñ. dic Jbs est mel in ore: ubil⁹ in corde: ⁊ melos in aure. Itē fuit potētialis. qz ab hꝰ petenti noīe incepit orare in q̄ oēs debem⁹ saluari. Joel. ij. Omis q̄cunqꝫ inuocauerit nomē dñi salu⁹ erit Et Act. iiij. Nō est aliud nomē sub celo datū hoibus. in quo opteat nos saluari nisi in nomīe Jhu. in ḋ vt dr Phil⁹. ij. flectit oīe genu celestiū terrestriū ⁊ infer. Nā ꝙ potentia hui⁹ noīs ꝙersus ē Dionisi⁹ ad fidem sicut refert Ygē in hist⁹ijs sup Act. aplorum. Contigit q̄ndā cecū cora Paulo ⁊ dyonisio trāsire i athenis. Dixit dionisi⁹ paulo. Si dixeris in noīe Jhu vide. et si videbit ego credā statiz: hz ne vtar magicis verbis. ego scribā tibi formā vbox ī hac forma. In noīe Jhu xp̄i nati de vgine. crucifixi. mortui. qui resurrexit ⁊ ascēdit in celū vide. Cui paulus vt suspicio tollat. dic ꝙ te ista vba ⁊ videbit. ḋ facto ḋ fuerat cec⁹ vidit. et Dyonisius ꝙersus ē. ecce potētia hui⁹ nominis. De cūdo: orō eoꝝ fuit būilis et obediētialis. ⁊ notat ibi. ꝑceptor volētes ei obedire. qz ꝙgnouerūt ptātem dīnitatis. et sic nos ps. xxxvi. Subdit⁹ esto dño et ora eū. Crisi. Quid postulas qd ꝓmisit si nō facis qd ꝓmisit. Dicē enī Aug. in li. de ope mōachoꝝ. Citi⁹ audit vna orō obediēt̄z q̄ x. milia ꝙemptoꝝ. gregori⁹ i mor. Obediētia victimis iure ꝑponit qz ꝙ victimas aliena caro. ꝙ obediētia ꝓpria volūtas mactat. Heb. xiij. Obedite ꝑpositis vr̄is. Gre. Si obediētes fuerit⁹ ꝑposit⁹ deus obediet oratiōibus vestris. ecci. xv. Orō būilis antis se nubes penetrabit. Tercō fuit mit̄z et spūalis. et tangīt ibi. miserere. qz non petierūt pecuniā vt alij. hz dei misericōiā et virtutem. q. d. nō sprenisti Mariā lacrimantem nō chananeā supplicantē. nec publicanū. nec Mathei⁹ in theoloneo sedentē. qz tu es fōs pietatis. qui dixisti Mat. xi. Venite ad me omēs qui laboratis ⁊ onerati estis. et ego reficiā vos. Et tu venisti medic⁹ de celo dicēs Mat. ix. Nō est opus valentibꝰ medic⁹. sed male bñtib⁹. idcirco miserere nr̄i. Quarto orō fuit generalis. et tāgīt ibi. nr̄i. ecce vnitas orōnis. qz ꝙ oibus simul orauerūt. nō dicūt mihi hz nostri. sic hō in generali ñ dz tm̄ ꝙ amicis sed eī ꝙ inimicis orare. Mat. v. Orate ꝙ psequentibꝰ et calūniātibꝰ vos: et ñ. tm̄ ꝙ se sed etiā ꝙ alijs. i. Pe. iij. Oēs vnanimes estote in orōe. Crisi. Pro se orare est necessitas. ꝙ alio fraternitat̄z charitas. sed dulci⁹ ē afi deū orare ex charitate q̄ ex necessitate. Hbs. Bonum de q̄nto ꝙmuni⁹ de tāto diuini⁹. Ideo Jac. v. Orate pro inuicē vt saluemini.

¶ Dixi scdo subiungit eruditio eoꝝ ex mera pietate. d. quos vt vidit oculo scz misericordie dixit eis. ite ⁊ ostendite vos sacerdotibus. Sz. d. qre eos fec sacerdotib ostendi. Rñdet q quadruplici de cā. Primo ne iudei eū trāsgressorē legis iudicarēt. qz scriptū ē Leui. xiij. plaga lepre si fuerit in hoīe adducet ad sacerdotē ⁊ videbit eū. sz xps nō venit legē soluere sz adimplere. Mat. v. iō istos leprosos iubet ad sacerdotes ire. vt ipi experientur si eēnt mundati an nō. Et etiā postq̄ mūdati erant vt p eis offerrēt sacrificiū vt erat ordinatuz in lege. iuxta illud qđ saluator dicit Matth. viij. Vade inqt ⁊ ostende te sacerdoti. ⁊ offer munꝰ tuū qđ pcepit Moyses in testimoniū illis. Secdo vt sacerdotes cogerent laudare miraclm. ⁊ vt xps ostenderet se esse maiorē virtutis q̄z lex in eo q mūdauit lepraꝫ quā lex ⁊ sacerdotes mūdare nō poterāt. Tercō vt sacerdotes honorare doceret. iuxta illō Eccl. vij. Honora deū ⁊ honorifica sacerdotes et purgā te cū brachijs. da eis ptē sic mandatum ē tibi. Nā xps ꝺ fec. xi. q. i. sacerdotib? Quid igit miꝝ si illos vrā pietas dignet honorare qđ in suo eloquio honorē tribuens. eos aut angelos aut deos ipe etiaz appellat deus. sic ⁊ nos eos honorare dēmus. qz dic aplus. i. Thi. v. Qui bñ psunt psbiteri duplici honore digni bēant. ⁊ ñ solū illis sz ec si mali sunt. Nam dr. xij. dist. dns. Dns nr Jhs xpc rex ⁊ iudex ⁊ deꝰ nr vsq̄ ad passionis die fuauit honorē pontificib ⁊ sacerdotibus. q̄nus illi nec timorē dei nec agnitōem xpi seruassent. Quarto misit leprosos ad sacerdotes nobis in exēplū vt leprā pcti debitorem? eis ostendere in pfessiōe. Vñ dic Symō de cassia. Cū deꝰ factus ē hō instituit vt hoī notificarent pctā loco di. ppt qđ dic Amb. in li. de paradiso aīe. ⁊ dr de pe. di. i. Nō pōt. Non pt quisq̄ a pctō iustificari nisi pctūm fuerit añ pfessus. naz sola ptritio nō sufficit si pfessio ptēnit ⁊ haberi pt. Idcirco pfessio ꝺ figurat. sz Joh. ix. instituit cū dixit saluator Accipite spūm sctm q̄z ꝛc. Jō Eccl. iij. Pro anima tua ne pfundaꝝ dicere vez. est enī cōfusio adducēs pctūm. ⁊ est pfusio adducens gr̄iam ⁊ grām. Jō būilia psbitero aīam tuā vt in eodē capō dr. Tūc subdit. dum irent mundati sunt. s. ex obedientia ⁊ vide. Unus autē ex illis vt vidit qz mūdatus ē. regressꝰ est. s. mēoz bñficij. cū magā voce. i. magno desiderio magnificās deū. Et cecidit in faciez añ pedes ei? grās agēs. ⁊ potuit dicere cum ps. lxviij. Laudabo nomē dei cū cantico. et magnificabo eū in laude. ⁊ hic erat samaritanus. q grās egit nō solū de mundatōe: sz etiā de plagatōe. nobis in exēplū q in ꝓspis ⁊ in aduersis grās agere dēmus. Nā scribit eccs vij. Melior est ira risu. i. plus placz deo gratia q̄z actio in aduersitate q̄ ꝓsperitate. Sic fecit Job. c. ij. Si bōa suscepim? de mānu dñi mala aūt q̄re nō sustineam?. ⁊. c. i. dns dedit dns abstulit: sicut dño placuit ita factū ē: sit nomē dñi bñdictū. Dicam? igit cū ps. xxxiij. Bñdicam dñm in oi tpe. s. ꝓspis et adversis. sic fecit Gre. vt hr in ca. xxi. q. v. si episcopoꝝ. Sz q epi mei me despiciant ⁊ ꝺ me refugiū ad seculares iudices hēant oipotenti deo grās ago pctis meis deputo. Tūc subdit ingratoꝝ reprehensionē dicēs. Rñdēs ihs dix. t. Nōne decē mūdati sunt ⁊ nouem vbi sunt sz q nō referūt gtes. nō ē inuētus q̄ rediret ⁊ daret gl̄iam deo nisi ꝺ alienigena. In hoc fuerūt valde reprehēsibiles illi nouē qui erāt israhelite. de q̄z pplo erat ihs. q̄ recepissent ab eo bñficiū et nō sunt ei regratiati. Et fuit figura q gentiles futuri xpiani deberent esse grati xpo de mūdatōe lepre pctī facta p eius passionē. et iudei ingrati: vt impleret illud ps. lix. Mihi alienigene subditi sunt. ¶ Pro q sciendū. q pctūm ingtitudis multū displicet deo. de q Bern. sup cantica. Nil ita displicet deo sic ingtitudo. Nā ingratitudo est inimica aīe. extermiatio meritoꝝ. dispsio virtutū. pditio beneficioꝝ siccās fontē pietatis. Jō Hug. de sacrāmtis. pte. ij. Quanto maior grā datꝰ. tanto nequior ingtitudo ꝓbatur. Jō apls. i. Thes. v. In oib? grās agite Et ad grāz actiones inducūt nos tria. Pri mū est sacra scripta. Tbob. iij. Omni tpe benedic deū. Qua dic Aug. in li. pfess. Vere felix esset. q diuine laudi sp insistere posset. Secōm incitās nos ad grāz actōez est omis creatura. superiores vt angeli. De q̄bus Apocalipsis. iij. Nō cessant die ac nocte clamare dicētes sanct? sctus sanctus ꝛc. Itē medie creature De q̄bus Dan. iij. Bñdicite oīa opa dñi dño: benedicite mōtes et colles dño. bñdicite

vniuersa germiantia ⁊c. Haz creature bñdi cunt in lꝰ dñm qꝫ tenẽt cursũ ⁊ motũ eoꝝ terra fructus fert arboꝛes in altũ ferẽdo. Sed heu pctoꝛ obticet laudẽ ỽi. ij. Thi. iij. Erũt in nouissimis diebꝫ hoĩes seipos amãtes. ingrati ⁊c. vt implereť illó ps. cv. Obliti sũt deũ q saluauit eos. Gre. de talibꝫ. Viꝝ est qꝫ hõ deũ nõ sp laudat cũ oĩs creatura ad deuz laudandũ sp inuitat. Terciũ incitãs nos ad grãꝝ actionẽ. est nostra ꝓpria natura. nã deꝰ in coꝛpe bũano tot dedit mẽbꝛa vt dicũt phi sici qt sunt dies in ãno. vt ex hoc rõnali instituto informeñ qꝫ nulla dieꝰ transeat siñ laude diuina. g cũ qs mẽbꝛa ꝓspicit recoꝛdari dz dei ⁊ studeat grãs agere ei. ideo ad Colo. iij. Oñe qcunqꝫ facitis in ỽbo aut in opere ⁊c. grãs agẽtes deo ⁊ pñi p ipm. Sic homo posset mereri in oĩb⁹ actibꝫ suis. qđ feť qui dã frater mõach⁹ cisterciẽñ. cui⁹ ỽtute mlti saluabanť infirmi. maxime ex ꝓtactu vestimẽ toꝝ eius. Qui cuz interrogareť ab abbate q esset ỽtus miraculoꝝ. Rñdit. nõ pre ceteris fratrib⁹ laboꝛo ieiuno vl oꝛo. sed vnum scio qꝫ ertollere me nõ pt ꝓspitas nc frãgere aduersitas. cui abbas. ñ te turbat qꝫ miles q dã nup ꝑdat⁹ ẽ nrãm grangiã. rñdit. Nõ. totũ enĩ deo ꝓmitto. si modicũ habeo cũ grãꝝ actõe recipio. si mltũ itez grãs agoꝛ ⁊ cognouit abbas qꝫ ỽtus tãtoꝝ miracloꝝ essz amoꝛ dei. ⁊ pacia in aduersis. ⁊ ꝓtẽptus rez.

De eadez dominica

Sermo. cxliij.

Factuz est vt iret Ihs in ihrlm. occurrerũt ei decẽ viri lepꝛosi. Lu. xvij

Ihc Iustice. xps p suũ coꝛpalem transitũ docz nos trãsire ad celestẽ ihrlm. i. ad eternã felicitatẽ. Haz xps in suo coꝛpali transitu tria fecit. Prio trãsiuit de loco. scz de finibꝫ gentiliũ. scdo ibat p mediũ. s. samariam ⁊ galileã. tercio ad terminuz. s. ihrlm. Sic in trãsitu spũali ad visionẽ eterne pacis ad supnã felicitatẽ: qđ ihrlm sonat tria debemus facere. Prio trãsire de vicijs ⁊ malꝰ moribꝫ. ad qđ nos dñs hortať p ysaiã. lij. Exite scz de medio maloꝝ. exite. s. ỽ vicijs. imũdũ nolite tãgere. ⁊ nolite vltra peccare mortlr. qđ ẽ tangere imũdũ. Vñ Gre. in. i. moraliũ Non pñt esse acceptа opa deo q maloꝝ admixtõe maculanť. g optet nos prio recedere a malo. Secđo transire per mediũ ỽtutũ ⁊ facere bona. In his enĩ duobꝫ psistit omis moralis iusticia. vt ait Aug. Recedere a malo ope ⁊ facere bonũ. supbꝫ enz recedere debet a supbia. inuid⁹ ab inuidia. auar⁹ ab auaricia. ⁊ sic ỽ alijs. Hec est pria ps ỽe iusticie. Secũda ps ẽ bonũ agere. ⁊ significať in trãsitu p samariã ⁊ galileaz. Samaria ỽ custodia ꝓuncta dño. vl mũda lana. ⁊ significat ỽtutes p qs transire dẽm⁹ ad visionẽ eterne pacis. In eo qꝫ samaria ỽ custodia significat tres virtutes q nos custodiũt ab iniusticia Pria ỽtus est timoꝛ dñi q est initiuz sapie. Ecci. i. ⁊ ibidẽ ỽ. Timoꝛ dñi expellit pctm Ex illo ptz qꝫ timoꝛ dñi segregat nos ab omi malo. timoꝛ dñi subijcit nos deo. timoꝛ dñi custodit nos a ꝓsumptõe. Deinde oriť bũilitas q nos custodit a supbia. ⁊ sꝰbijcit nos ỽ vt ait. b. Aug. ad mrẽm. Hũilitas nanqꝫ erimia virtus est. et de terrenis hoĩbꝫ facẽ celestes. p hãc dyabol⁹ supať. p hãc laquei dyaboli vitanť. sicẽ. b. Anthoni⁹ dixit. Vidi oẽs laqos inimici tensos in via et ingemiscens dixi. Quisputas dñe trãseat istos laqueos et audiui vocẽ dicẽtẽ hũilitas. Hẽo enĩ pt euadere laqos diaboli nisi verus hũiľ et obediens. hoc etiã declarat. b. Aug. p miracľm aliud qꝫ magꝝ sit ỽtus hũilitas. Fuit enĩ monach⁹ qdam Marcus noie q a iuuẽtute valꝰ fuit hũilis. valde obediẽs. mãsuetus ac sapiens ⁊ ỽ amabilis. vt dũ ad dñicũ coꝛpus accederet angel⁹ dei ꝓbuit ei sacẽm coꝛpis ⁊ sanguis ihu xpi. ⁊ hoc meruit ỽtute hũilitatis p qm hõ moꝛtal tã amabiľ ⁊ acceptabilis efficiť deo. Abbas etiã Dañ. narrat miraculũ p qđ ỽtus hũilitatis declarať. Erat enim in babilõia filia cuiusdã viri boni bñs demonẽ. ⁊ pť ei⁹ diligebat qndã monachũ q dixit Filia tua ñ potest mũdaꝛi a demõe nisi p qsdam quos scio solitarios. Sz cum ab eis rogauerz curare eam nõ acqescent ꝑci tue ꝓpter humilitatẽ. acquiesce ꝓsilio meo cuz venerit in ciuitatẽ copbinos bñtes eme ab eis et introduc eos in domũ tuã vt ꝑciũ eis desinter qs venit vnus venales bñs sꝑortulas qs feť. a qđ pť filie emit sꝑortulas ⁊ introduxit cũ in domũ suã vt daret ei ꝑcium. et statim

eo ingrediente surrexit filia pñsessa. ⁊ dedit monacho alapā. q̄ tacuit ⁊ humilr sustinuit. vertens ei alterā maxillā ꝛm p̄ceptum dñi. Demō aūt cū torq̄rek cepit clamare. O vio lētia mādator ibu xp̄i expellit me hinc. ⁊ sta tim mūdata ē puella: ⁊ ait. O sāctissima hu militas hui⁹ felicissimi mōachi. Si g̃ hūili/ tas alteri⁹ ab altero ꝺmonē expulit. sine du bio firmiter credere dēm⁹ q̄ nrā hūilitas in cordib⁹ nostris dyabolū regnare ñ sinet. Et tūc verā hūilitatē hēmus si nos omibus pu tamus esse inferiores. ⁊ oibus veneratōem exhibeam⁹. ⁊ oia aduersa q̄ nobis alij faciūt. hūiliter toleram⁹ ꝓp̄ dī amorē. Ecce q̄ glo riosa vtus ē hūilitas q̄ tāta bona opat vt di ctum est. ¶ Deinde ozīt va obediētia mādator dei ⁊ institutionū sctē mris eccl'ie. de q̄ dicit. b. Aug. ad mrem. Ut agnoscas q̄ mag̃ sit obediētia o mr̄ sctissima miraculū frequēter lege. Narrat enī q̄dā sctor patrū se vidisse q̄tuor ordines btor in celo. Pri/ mus ordo erat oim infirmor deo grās agen tium in sua paupt̄ate seu infirit̄ate. Secūs erat illor hospitalitatē ⁊ misericordiā sectantiuz instanter mīstrantes infirmis. Terci⁹ ordo erat in solitudine quersantiū ⁊ boies nō vi dentiū. Quartus erat obediētiū q̄ ad obedi/ dū se dans spūalib⁹ patrib⁹ ⁊ platis eccl'ie i diuis p̄ceptis ꝓpter deū. Videbat aūt ordo obedientiū torquē aureā hīe. ⁊ mlto maiorē q̄ alij gl'iam eterne felicitatis. ego aūt dixi ei q̄ mihi oñdebat. q̄re iste ordo q̄ plus ē ma/ iorē q̄ alij hz gl'iam. Et ille rñdit mi. Ordo eor q̄ se dāt ad obediēduz p̄cepti dei ⁊ eccl'ie et scōr pat̄r abiiciūt suaz ꝓpriā voluntatē et tendūt in deū. iō maiorē gl'iam hñt in celo. Qua ꝓp̄ o mr̄ hōa ē obediētia q̄ ꝓp̄ deū fit obediētia enī ē salus oim fideliū. obedientia est genitrix oim virtutū. obediētia apit celū boiem terrenū a terra elevat ad celestia. obe dientia ē cohabitatrix angelor. obediētia est cibus oim sctōr. Per hāc enī boies abluūt a pctis eor ⁊ pueniūt ad pfectōez grē ⁊ eter ne gl'ie. Secūo samaria dicit ꝓiunctio dñi ⁊ verā significat charitatē dei ⁊ ꝓximi q̄ nos sepat a terrenis ⁊ ꝓiungit deo. vt ait. b. Au gusti. Per illā vtutē scz dilectōis dei ⁊ pxi mi hō hic beatificat in gratia. ⁊ in futo i eter na gl'ia. Vñ Aug. Scio eū nō mediocriter esse btūm q̄ se dño adiunāte saluat. sz ē mlt⁹ beator q̄ secū alios trahit ad celeste regnum p vtutē dilectiōis. mīstrando eis opa bona et exempla vtutū. vt ñ solū de suo sz etiā de ꝓfectu alior recipiāt remūerationē eterne vite. oculus eīz nō vidit nec auris ꝛc. q̄ ꝓpa rauit de⁹ diligentib⁹ se. Festina igr̄ ad illō gau dium ad illā leticiā in q̄ mlti sctor recelcūt Considera mr̄ dilecta q̄nta sit felicitas dei vultū sine defectu cernere. sctor angelor in teresse chorīs. cū sctor hoīm turba sine fine gaudere. Ad hāc gressibus mētis p dilectō nē ꝓximi appropinq̄re q̄tidie stude q̄ ita ne cessaria ē. q̄r sine charitate nec lacrime nec vi gilie. nec nuditas nec castitas nec elemosine nec martirū boies saluare pñt. hec mādo eīs inq̄t saluator vt diligat̄z iuicē sic dilexi vos. Tercio samaria ꝺr mūda lana dñi. ⁊ signifi cat puritatē ꝓscie ⁊ candorē innocētie. Naz sic de lana fit vestis hoīm. sic de puritate cō scientie ⁊ cādore innocētie fit celestis vestis fideliū xp̄i. ⁊ maxīe ꝺ victoria vicior: vt hr̄ Apoc. iij. Qui vicerit sic vestiet vestimētis albis. Hec vestis ē summe necc'aria ad eter/ nam vitā ⁊ ingressuz celestz ibr̄m ad visiōz eterne pacis. Hā vt ꝺr Apoc. xxi. In illam supnā ciuitatē celestē ibr̄m nichil introibit coīq̄natū. q̄r deus candor eterne lucis dicit ⁊ spec'm sine macla. Sap. vij. Et videri nō pōt nisi in puritate ꝓscie: ⁊ cādore innocētie. et q̄nto puriores boies fuerīt hic a maculis pctōr. tāto clariores erūt in eterna claritate et lucidius speculabunt̄ faciē dei. ¶ Postq̄ dño auxiliāte in trāsitu nrō spūali transiuim⁹ p mediā samariā. i. p vtutes de signatas p samariā. nūc ingredimur galileā quod interp̄tat trāsmigratō. ⁊ significat de fidrū eternor q̄ mētes nrās elevat ꝺ amo re tpalū ad appetendū eterna. ⁊ q̄tidie hr̄ debem⁹ in recordatōe remūeratōem eterne vite. sic dicit. b. Gre. sr̄ Job. Electi dei sp cernūt illa tpalia trāsire ⁊ etiā seipos ñ pma nere in hac vita. iō añ oc'los ponūt eterna et celestia. ad q̄ quotidie anhelant ardenti de si derio vt ibi quiescāt dulciter ineternū p⁹ la bores. Et cū sic transim⁹ p mediū vtutū scz timoris dei. hūilitatis obediētie ⁊ charitat̄z. et etiā ardentis desideriꝫ celestiū finalr ꝓse/ uerādo in illis. ꝓculdubio ingrediemur ad

ad terminū supne felicitatis.i.ad visionem eterne pacis.s.celestē ibrlm.vbi deū videbim⁹ oculo ad oculū.⁊ hoc erit pmiū oīm electorū in visione summi dei. vt ait.b.Augu. et Ysa in.xij.di.penulť. Ibi erit de⁹ oīa in oībus.ibi videbim⁹.laudabim⁹ ⁊ amabim⁹ et gaudebim⁹ ineternū. ℣ Oculi qui pertransiēt ad illā celestē ibrlm.qm ibi de⁹ erit corona glie eor. sic scribiť Isa.xxviij. q illi q recedūt a malo ⁊ ābulant p medīū vtutū vt iam dictū est accipiēt regnū dei ⁊ vyadema speciei ď manu domini quoniaz dextera sua teget illos ⁊ brachio suo defendet eos. Cap.v. ℣ Tunc subiungit deside rabilem leprosorum occursuz dicens. Et occurrerunt ei decē viri leprosi. Dictuz est in primo sermone huius dominice q spiritualis et insensibilť lepra est quādo vanis peccatis coinquinať conscientia. Idcirco notādū q decē sunt vicia q̄ inficiūt aiam q̄i lepre macula. q̄ significāť p decē pprietates. q̄ psequūť lepra ¶ Prima pprietas ē tumor cutis. ⁊ significat superbiā. nā sic cutis leprosi tumescit. sic superbia inflať ⁊ eleuatur. Et figurať p lepra Ozie regis. de q̄. ij. paralipo. xxvi. q̄ vsurpauit sibi dignitatē sacerdotalē in superbia accipiēs thuribulū volēs offerre in templo. tē percussit eū dñs lepra in fronte. ⁊ pmānsit sic vsq; ad mortē. sic superbia ē infirmitas incurabilis. puer. vi. Sex sunt q̄ odit dñs ⁊ septimū detestať anima ei⁹. Oculos sublimes. līguā mēdacē man⁹ effundētes innocuū sanguinē. cor machinās cogitatōes pessimas. pedes veloces ad mē. Oculos sublimes odit deus. q̄ tales nolūt corrigi ⁊ pmanēt ī malicia eor finaliť de q̄ Eccī.iij. Synagoge superbor ñ erit sanitas. Nā sic cutis lepre tumet. sic ſm Hiero. superbia plus audet q̄s pt. q̄ scribiť Leuit.xiij Leprosi ejiciebanť de castris ne bītarēt cuz mūdis ⁊ sanis. sic superbi ejiciūť ď regno dei ne bītent cuz sanctis angelis ⁊ dei electis. de q̄ ps.c. Nō bītabit in medio dom⁹ mee q̄ facit superbiam. ¶ Scda pprietas lepre ē q̄ fetet corpaliť. ⁊ significat scām pctm mortale. s. luxuriā q̄ fetet in psspectu dei. Spūaliť. Aug⁹. Nō sordet ita putrid⁹ canis ī psspectu hoīm sicut luxuriosus in psspectu dei ⁊ angelor vt habeť in Vita spat⁹ de q̄dā heremita sepeliēte q̄driduanū mortuū de mādato angeli sibi assistētis. heremita fortiter nares obturabat pre fetore cadaueriz. sz angel⁹ nō. ⁊ ecce iuvenis pulcerrim⁹ ⁊ iocūd⁹ obuiabat eis. pacta sepultura. tūc angel⁹ fortiter obturauit nares donec ille iuuenis lōgius recessissz. Interrogauit aūt heremita angelū cur nō obturasset nares a fetore cadaueris. sz nunc obturaret iuuene trāseunte. Rndit q̄ ego sū angel⁹ nō fetorē corpis sentio. sz aīma illius iuvenis sic abominabilis est ⁊ fetida in pctis: q̄ fetorē eius sustinere non potui. ⁊ sic lepra luxurie figurať p leprosum quē Matheus nō nomiat.c.viij. ad innuēdum q̄ pctm luxurie etiā in nobis nullaten⁹ noīetur. De q̄ apls Eph̄.v. Fornicatō ⁊ oīs immūdicia nec nominet in vobis. Idcirco scribiť Leuit.xiij. Leprosus dz brē os veste p̄tectū. ad designādum q̄ vba nīa nō dñt fore impudica. Iuxta illō ps.xi. Eloquia dñi eloquia casta. Dicit enī Albertus. Sic lumē extinctū ad ignē appositū cito accēdiť. ⁊ sic mēs ⁊ caro ex pua collocutiōe inflāmať. Jō.i. Cor.xv. Corrūpunt bonos mores colloquia prava Et sicut lepra hz pprietatē q̄ alios inficit. q̄ est morbus contagiosus. sic ⁊ luxuria ⁊ locutio de ea. ⁊ puersatio psonaz coinquinat pura cor da. Eccī.xiij. Qui tetigerit picez inquinabiť ab ea. Ideo dr Eccī.ix. Auerte faciem tuaz a muliere compta. ⁊ nō circumspicias spēm alienam. propter speciem mulieris multi perierunt. ⁊ ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. ¶ Tercia pprietas lepre ē q̄ sitit. ⁊ cutis leprosi prurit. ⁊ significat terciuum mortale pctūm scz auariciam. que sitit ⁊ desiderat diuitias. De quo philosophus. Appetitus diuitiaz p̄ crescit in infinitū. iuxta illud Ecclesiastes.v. Auarus non implebitur pecunia. Quod confirmat Seneca in lib. de clemētia ad Neronem. Auaro dest tam q̄ō habet q̄s q̄ō non hz. nā eo q̄ō hz nō audz vti. et quod nō habet concupiscit. eo q̄ scribiť Eccī.xiij. Insatiabilis est oculus cupidi. sed postq̄s leprosus patieť pruritum deinde sequitur amaritudo ⁊ contritio. sic etiā de auaro rapienti aliena. q̄ dicit Aug. Si tenes oblū teneris a diabolo. ⁊ figurať in lepra Gyesy seruo Helisei.iij.Re.v. Qui sitiēs diuitias vt emeret possessiones accepit p̄ sanatione Naaman auz ⁊ argentū ⁊ vestes. ⁊ ex

hoc lepram incurrit ipsius Naamã. ⁊ sic omnes auari q̃ desiderãt diuitias iniuste acquirendo. negociãdo mẽsuras ⁊ pondera falsificando. mẽdacia et piuria ꝓferẽdo incurrũt lepraꝫ Giesy. De talib⁹ scribit Abac. ij. Ve qui multiplicat nõ sua. vsq̃q̃ ⁊ aggranat sup se densum lutũ. Idcirco Eccl. v. Noli attẽdere ad possessiones iniq̃s. Nã saluator dicit Mat. xvi. Quid ꝓdest homini si vniuersũ mũdũ lucret. aĩme vo sue detrimẽtũ patiatur. q. d. nichil. ¶ Quarta ꝓprietas lepre est q̃ vrit intrinsece ⁊ sanguinẽ ꝑbustũ generat ⁊ significat q̃rtũ pctũ mortle. s. iram q̃ est accẽsio sanguis circa cor. ⁊ figurat q̃ Symonez leprosum Lu. vij. qui xp̃m inuitauit ⁊ indignatus ꝯ xp̃m dixit. Hic si esset ꝓpha sciret vti q̃ que ⁊ q̃lis est mle que tangit eum: q̃ peccatrix est. Cui rñdit ihs. Intraui in domum tuam aquã pedibo meis nõ dedisti nec oscullũ michi ꝑbuisti. oleo caput meũ nõ vnxisti. q̃ iracũdi nõ bñt lacrias ꝓtritionis sz rãcorẽ in corde. nec oscullũ pacis in ore. nec oleũ pietatis in ope. puer. xxvij. Ira nõ habet misericordiã. ⁊ Jaco. i. Ira viri iusticiã dei non operatur. q̃ dicẽ Gre. Ira dũ mẽtẽ semel posse derit putat iuste fieri q̃ male fit. ꝓpẽ q̃ dicẽ aplus ad Epbe. iiij. Sol non occidat super iracundiã vrã. ⁊ sicut sani fugiũt leprosos sic mites iracundos. puerb. xxij. Noli esse amicus homĩ iracundo nec̃ ambules cũ viro furioso. ne forte discas semitas eius. ⁊ sumas scandalũ aĩe tue. Jõ scribit ꝓuer. xvij. Spiritũ ad iracẽdũ facilẽ q̃s poterit sustinere. ¶ Quita ꝓprietas lepre est q̃ cutis exterius est alba ⁊ interi⁹ nigra. ⁊ significat q̃ntuz peccatũ mortle sz inuidiã. Nã inuid⁹ ertetius videt esse innocẽs ⁊ albus erga ꝓxim. tamẽ interi⁹ in corde est denigrat⁹. Et figuratur Nũeri. xij. in lepra Marie sororis Moysi ⁊ Aaron. cui⁹ lepra erat sic nir. videbat eã sororẽ Moysi ex carne ⁊ spũ. licz soluz carne fuit nõ spũ. illo vicz tpe quo lepra inuidie eã ab ipo sepauit q̃n murmurabat ex inuidia ꝯ ipm. ideo dr Leui. xiij. Leprosus bẽbit vestimenta dissuta. quia inuidia facit scismata. ⁊ dissuit tunicã inconsutilẽ cũ xp̃i crucifixoribus. q̃ scindit charitatẽ. Naz dicẽ Aug. Inuidia est odiũ felicitatis aliene. bñt enĩ tres exteri⁹ vba pacis. interius prauitatẽ intentionis. De quib⁹ Psal. liij. Mollliti sunt sermones eius sup oleum. ⁊ ipi sunt iacula. ex inuidia famã ꝓximi maculãtia. De q̃b⁹. vi. .q. i. Si omĩa. Qui bonos ex leui suspitione accusat. hũc nõ charitatis sz inuidie stimul⁹ exagitat. ℟ ¶ Sexta ꝓprietas lepre est pinguedo. q̃ vt ꝓmuniter maxime comedũt et bibunt. ⁊ sic impinguant. ⁊ significat gulã Et figurat. iiij. Re. vij. in q̃tuor leprosis cũ Benedab rex syrie vallasset samariam. ita vt ex fame maxima in samaria matres filios proprios mãducarent. quattuor leprosi forz samariã dicebãt. quid faciemus si transim⁹ in ciuitatẽ oportet nos fame mori. eamus potius ad castra syrie ad inimicos. si forte miserentur nostri. Factũ est q̃ ibant ad pcĩm mortis. cum a ꝓpinquassent deus terruit syros vt omnes fugerent. Isti intrauerunt vnum tentoriũ: ⁊ neminẽ inuenerũt. comederunt ⁊ biberũt tollentes aurum ⁊ argentũ et vestes pcciosas ⁊ absconderunt. tunc intrantes aliud tentorium fecerunt similiter. Timẽtes ergo ne ex hoc crimĩs arguerentur intrauerũt ciuitatẽ narrantes oĩbus rez gestam. Ecce pri⁹ repleti erant ⁊ satiati. post hoc tribulatis ⁊ famẽ patientib⁹ nunciauerũt Et sic gulosi solũ de scipis ꝓsiderãt. nolẽtes scire quid patiant famelici sz seipos replẽtes in crapula. quã prohibet saluator Lu. xxi Attendite ne corda vestra grauent̃ crapula ⁊ ebrietate. Etiam illa ꝓprietas figuratur Leuitici. xiij. leprosus solus habitet. Et sic gulosi tm̃ seipsos respiciũt timẽtes ne eis deficiat. De hac lepra gulositatis habet̃ in ca. de conse. dist. v. Ne tales. vbi dicit. Gula nihil celeste sed solũ de ingluuie facit cogitare. ⁊ est principium omnis mali. ¶ Septima proprietas lepre est grauitas siue ponderositas. quia efficit hominẽ tediosum ad laborandũ. ⁊ significat septimũ peccatũ mortale scilicz accidiam: que est torpor boni. ⁊ figuratur per leprã Naaman. iiij. Reg. v. qui tediuz habuit septies se lauare in Jordane. sic accidiosi sunt non curantes se lauare in iordane penitentie vt mundarent̃ a septẽ peccatis mortalibus. De quib⁹ Apoca. iij. Quia tepidus es incipiaz te euomere de ore meo. Glo. de ore euomit̃ q̃s in deteriora ꝓcipitat̃ sz maledictõis eterne. de q̃ Iere. xlviij.

Maledict⁹ q̄ fac̄ op⁹ dñi negligēter. iō Iere/ro. dicit. Mp aliq̄d opis facito ꝛc̄. Nā scri bit Eccl̄. xxxiij. Mltā malicīā docuit ociosi/tas. ꝛ sic generat lepꝛe maculā. Octaua ꝓ prietas ē falsa rubedo q̄ inficit alios ꝛ displi cet intuēti. et significat octauū pctm̄ mortle q̄ maculat aiam. bñs falsum colorē coꝛaz hō mibꝰ. s. sctītatis actū. q̄ offendit ocl'os dīne maiestatz. de q̄ Aug⁹. ꝛ hī. lxxxiij. di. Nemo nocz in eccl'ia dei āpli⁹ q̄ q̄uerse agēs nostī vl'ordinē sanctitatz et sacerdotis bz. quales sunt ypocrite bñtes bonū colorē ꝛ falsaz opa tionē. de q̄ Her̄. Mita ipoꝛ ē visio phantas matū q̄ appet ꝛ nō ē. Iō ysa. ix. Mis ypo/crita neq̄m. Hoc ꝓsiderans Job. xiij. dixit. Hō veniet in ꝓspectu dei ois ypocrita. ideo Lu. xij. Attēdite a fermēto phariseoꝛ q̄ est ypocrisis. hec lepꝛa figurat̄ ꝓ lepꝛā Moysi Exo. iij Qui manū misit in sinū ꝛ lepꝛosam extrarit. ꝛ sic in secreto cordis ypocrite sūt le prosi. ꝛ in apto volūt appere mūdi. vñ Aug. in ser. dñi de mōte. ypocrita iust⁹ eē nō q̄rit. sed tm̄ videri vult. L Nona ꝓprietas le/pꝛe est vox rauca. ꝛ significat pctm̄ ingratitu dinis. vicz q̄ hō nō eleuat vocē ꝓ grāz actō nē de beneficijs ꝓceptis. q̄lis fuit leruꝰ neq̄ qui ingtus fuit de dimissione. x. miliū talēto rū. qui suffocabat ꝓseruū suū. ideo oīa debita fuerūt ab eo repetita. Sic ē de pctō ingtitu dinis q̄ retrahit dona pr⁹ a dño deo colla ta. de q̄ Gꝛe. Hō est dign⁹ dādis q̄ non agit grās de datis. Hec lepꝛa figurat̄ in nouē le ꝓsis de q̄b⁹ pñs euāgeliū dicit. Nōne decē mūdati sunt. Taleꝛ lepꝛā spūalē incurrunt oēs recidiuātes. Vñ Her̄. Deteri⁹ ē reinci dere q̄ incidere. Et Crisᵏ. in q̄dā ome. Cogi ta o hō grauioꝛē esse culpā post veniaz. reno natū vuln⁹ pei⁹ dolere post curā. sic boiem sordidari p⁹ grāz. Idcirco indulgētie ingra tus est q̄ p⁹ veniā peccat. sanitatis indignus est qui seipm̄ post grām sordidat. Hec ille.

Decima ꝓprietas q̄ lepra morbus ē incu/rabilis nisi cureᵗ a dño hō. ꝛ sic oē pctm̄ mor tale ñ est curabile. sine dei grā ꝛ virtute. Lu. vij. Quis ē bꝰ qui etiā pctā dimittit. ipse est altissim⁹ oīm dñs. q̄ dixit Isa. xliij. Ego sum qui deleo iniq̄tates tuas ꝓpter me ꝛ pctōꝛ tuoꝛ nō recordabor. Et ps cij. Qui ꝓpiciat oībus iniq̄tatibꝰ tuis. Et bꝰ cognouit iste le/prosus dicimus. q̄ fuit alienigena q̄ xp̄s fu it ingressus castellū b⁹ mūdi q̄ venit ꝓ samaria. m. q̄ interp̄tat̄ ꝓiunctio. qz ꝓ vnionē diui nitatis ꝛ hūanitatz venit mūdare nos. vt d. Aug. ꝛ vbis apli. Hō liberaret̄ hō nisi deus fieret hō. Ipe etiā venit ꝓ galileā q̄ interp̄ tat̄ transmigratio. qz per desideriuz patz q̄ introiuit in aures dñi. de quo desiderio Aggei. ij. Veniet desideratꝰ cūctis gētibꝰ. hunc ille ꝓgnit rediēs. ꝛ pcidit in faciez añ pedes ei⁹ ꝛ grās egit se mūdatū ꝓgnoscēs dīna vi tute. ꝓpter q̄ fuit ab īmūdicia corꝓis ꝛ anie ꝓfuatus. qz dicit Her̄. Dona mltiplicanᵗ si prioꝛa cū grāz actiōe sulcipi videnᵗ

Dominica quindecima Sermo. cxliij.

PRimū q̄rite regnū dei. scribit Mathꝫ. vi. ꝛ legitur in pñtz dñice euangelio. I Videm⁹ natu/raliꝛ loquēdo q̄ vnaquēq̄ res appetit suum finē ꝛ terminū ꝛ ad ipm̄ mouetur nisi impediat̄. Sic videm⁹ q̄ lapis ꝛ q̄ libet gue appetit centz deorsuz. ꝛ omia leuia sursuz. qz cū vnaq̄q̄ bēat ꝓfuari i loco ꝓprio et appetit suā saluatōz ꝛ ꝓfuatōez. Idcirco cū q̄libet res appetit sibi locū debitū. ꝛ intel lectiuus appetit⁹ naturā nō destruat sz pfici at: ꝓuenies ē vt hō appetitu intellectiuo ꝛ vo luntate deliberata suū finē terminū ꝛ locum appetere dēat ꝛ ad ipm̄ anbelare. nā finis ꝛ locus bōis ñ est bīn mōo. sz i alio. de q̄ apls ad Heb. xiij. Hō hēm⁹ bꝰ manētē ciuitatez sz futurā inq̄rim⁹. q̄ ciuitas ꝛ hītatio ē regnū celoz. ꝓpter quod hō a deo ꝑcialiter ē cre atus. vt dicit Magister in. ij. sniaz dis. i. Et est Aug. Deus hominē fecit vt summū bo/num intelligeret. intelligendo amaret. aman do possideret. possidendo frueretur. iuxta il/lud quod dicturus est christ⁹ in die iudicij. Venite benedicti patris mei possidete regnū quod vobis paratum est ante cōstitutōnem mundi. Idcirco homo de istis rebus huma nis seu mūdanis nō debet esse nimis solicit⁹ cum ipas semp possidere nō debeat. sed eas velit nolit dimittere oportet dum morīᵗ. iux ta illud. i. Thimoth. vi. Nichil intulim⁹ in

bunc mꝫ baud dubiū. quia nᶜ auferre quid ꝓssumus. nec ꝓpter ipsas principaliter es creatus sed ꝓpter regnū celoꝝ. Idcirco intēdit nos saluator ab amore terreno ꝝ abstrahere et ad amorē celestiū inducere. d. primū q̄rite regnū dī. ¶ In sūma euāg. duo innuūt. Primo innuit ꝙ vni dño fuitiū est ipendē dū. scdo subiūgit ꝙ a supflua solicitudie tpa liū est abstinēdū. Primū ptz i principio. scdz ibi. nolite soliciti ee. De prio dic. Nemo pt duob⁹ dñis fuire. s. sibimuicē ꝓtrariantib⁹ qz dic Aristo. ix. metb. Cōtraria simul stare ñ pñt: vt sunt de⁹ et mds. spūs et caro. deus et dyabol⁹. Prio nēo pt fuire bis duob⁹ dñis deo et mūdo. qz sunt ꝯrij. Jac. iiij. Adulteri nescitis qz amicicia b⁹ mūdi inimica est dei. Quicū qꝫ q̄ voluerit amicus esse scli huius inimicus dei ꝓstituit. Rō qz tales q̄runt cō placentiā hoim. iuxta illud Job. xv. Vūd⁹ qd suū ē diligit. Et de talib⁹ dic ps. lij. Qui hominib⁹ placet ꝓfusi sunt. qm deus spreuit eos. Hoc ꝓsiderās apls ad Gal. i. dixit. Si adhuc hoīb⁹ placerē xpi fu⁹ ñ essem. Scdo nēo pt duob⁹ dñis seruire vicz spūi et carni. de q̄ apls dixit ad Ro. viij. Qui i carne sūt deo placere ñ pñt. qz de⁹ spūs ē et caro ꝓcupiscit aduers⁹ spm. ad gal. v. Nā caro ē aīal et aīal hō ñ ꝓcipit ea q̄ sūt spūs dī. i. Cor. ij. Tercio nēo pt duob⁹ dñis fuire deo et diabolo. vt. ij. Cor. vi. Que ꝓuētio xpi ad belial lucis ad tenebras. qz voluntates illoꝝ dñoꝝ ꝯrie sūt in mlt̄z. Primū dñs de⁹ vult sibi fuiri in sapie claritate. i. Thi. vi. Lucē inhitat inaccessibilē. ꝓpt qd dr puer. xiij. Accept⁹ est regi mīster intelligens. nā neminē diligit de⁹ nisi quē cū sua sapia inhitat. sap. vij. In oppositū vo diabolus odit lucē et vult vt sibi seruiat in tenebris pctoꝝ. a q̄bus saluator nos ꝛuocat. Job. xij. Ambulate dū lucē habetis ne tenebre vos ꝓpbendāt. s. pctoꝝ. de q̄bus apls Ro. xiij. Abij ciam⁹ opa tenebraꝝ et induam⁹ arma lucis sic vt i die honeste ambulemus. Scdo sunt ꝯrij in b. qz de⁹ vult habere seruitiū in ꝓscie puritate. iuxta illud ps. c. Ambulās i via imaculata hic mihi mī strabit. In oppositū vo dyabol⁹ in spurcicia vt hī Mat. viij. vbi dmões petiert se mitti in porcos d. Crisᵏ. Porci sūt q̄ sceneose libidini seruūt. in bis delectant. deus vo i mūdis cordib⁹ Ihū can. vi. Dilect⁹ meus mihi q̄ pascit inē lilia. i. pura corda. Ideo apls. i. Thess. iiij. Hec ē volūtas dī sctificatō vra. ¶ Tercō de⁹ vlt hē fuitiū in va būilitate. iuxta illd Lu. xviij. Cū feceritis oia q̄ precepta sunt dicite inutiles serui sum⁹. i. būilia te vos nō exaltātes. Nā dic ps. c. Nō habitabit in medio dom⁹ mee q̄ fac superbiā. ꝓpt qd xps docuit nos būilitatē iuxta illd Mat. xi. Discite a me qz mitis sum et būil corde. vbi Aug⁹. nō d. discite a me mōm fabricare. aut mortuos suscitare. sz qz mitis sū et būil corde vt suos seruitores ducat ad eternā exaltatōz p būilitatē. Juxta illd Lu. xviij. Qui se būiliat exaltabit. In oppositū vo diabol⁹ vult hē fuitiū i supbia et elatōe. qz scribit Job. xli. Ipe ē rex sup oēs filios superbie. nā ipse dixit Isa. xiiij. Exaltabo solium meum et similis ero altissimo Et sic instigat discipulos suos ad honores et ꝓlaturas anbelare vt ꝓcipitet. sic legit⁹ d mōacho ꝓore clareuallis Gamfredus noie q̄ fuit electus in epm papa Eugenio a ꝓbante. Rñdit ille mōach⁹. fugitiu⁹ ee pterο. eps nūq̄z ero. Post b factū est vt eūdē Gāfredū ꝓtingeret ifirmari ad mortē. alter mōach⁹ petiuit vt si fieri posset de volūtate dei p⁹ obitū rediret et succession ꝓpalaret. at ille ꝓmisit. Factū ē p⁹ obitū eid̄ appuit. et dixit. ꝓgnoui dño reuelāte. ꝙ si fuissem d nūero eꝝ tūc fuissez de nūero reprobꝝ. alias sum de nūero saluādoꝝ. Jō Greg. xxij. mor. Consideret hō elat⁹ qd in terra meret si preclar⁹ angel⁹ in pfundū inferni sternit. Et iō sic dñi sunt ꝯrij sic et fui. qz d. Aug. ad comite. Supbia deo odibil ē et diabolo silis. ꝓpt qd superbi displicēt do. iuxta illd Judith. ix. Nec supbi ab initio placuerunt tibi ¶ Quarto deus et dyabol⁹ sūt ꝯrij in b. qz de⁹ vult hē seruos ꝓcordes in charitate. Unō ij. Thi. ij. Seruū dei nō oportz litigare sz mā suetū esse ad oēs. Nā dic aplus. i. Cor. xi. Si qs videt ꝓtētiosus esse nos talē ꝓsuetudinē nō bēm⁹. nā de⁹ vult suos hē ꝓcordes et vnanimes. de q̄ ps. lxviij. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. scz in inferiori et supiori. Usi Job. xxv. Qui facit concordiā in sublimib⁹ suis. In oppositum vo dyabolus diligit discordiā. Lu. xi. Qui non colligit mecū dispgit. Quinto sunt cōtrarij

